32 Tirol

H. Austr J. H.

o 3/2 IV 426

a

Kritisch-diplomatische

Beyträge

zur

Geschichte Tirols

im Mittelalter.

Mit mehreren hundert ungedruckten Urkunden.

Von

Joseph Freiherrn von Hormayr
zu Hortenburg.

Tiroler Landmann. k. k. wirkl. Hofsekretär der geheimen Hof- und Staatskanzley in auswärtigen Geschäften, mehrerer gelehrter Gesellschaften ausserordentlichem Ehrenmitgliede.

Ersten Bandes.

Zweyte Abtheilung.

Wien,
bey Andreas Gassler.
1803.

Staats-
Bibliothek
Bamberg

CODEX
PROBATIONUM DIPLOMATICUS.

Et DOCUMENTA damus — — — — — — —

Ovid. Metam. L. I.

LECTORI BENEVOLO EDITOR. SALUTEM!

Quantum in historiam patriam detrimenti e deploranda monumentorum medii aevi penuria redundaverit, quantae ex eodem fonte in genealogiis optimatum nostrorum confusiones, quantae demum in enarranda terrae genitricis fatorum serie enatae sint lacunae? si profusis verborum ambagibus describere conarer, querelas solummodo tritissimas, cuivis lectori fastidium, recantarem.

En quicunque folia haec non invito permigras animo! subit heic oculos tuos *Codex*, ad praemissam ex historia patria, elucubrationem *Probationum*, haud parvi momenti membranas illorum temporum continens, quoad maximam partem nunquam hucusque in lucem productas, ac eo tandem modo tineis, putredini, aut vindicibus socordiae flammis ereptas, e tabulariis *Vindobonensi*, *Tridentino*, *Brixinensi*, *Oenipontano*, *Wiltinensi*, *Novacellensi*, *Aguntino*, *Stirpinensi*, *San-Georgiano* collectas.

Nil est, quod de illis hoc in proaemio, moneam; quae in ipsis saeculi X. XI. XII. XIII. et XIV. membranis adhuc cujusdam explicationis indigeant, jam in praemissa diatribe critica satis superque dilucidata sunt, aut adjectis notulis extemplo illustrantur. Forsan sin experiar hancce dissertatiunculam, qua antiquam soli parentis geographiam, statumque politicum discussurus eram, una cum adjuncto chartarum insignium codice,

quum historiae peritis tum perdiscendae cupidis memoriae sublevationem aut laborum hinc inde arduorum adminicula suppeditare: aliam temporis postliminio, non membranarum medii aevi solummodo largam messem, sed et historico-criticarum disquisitionum volumen, benigna mente lecturis denuo spondere non reformido. Id unum meorum, pro patria laborum, quos cum postremo tantum pectoris halitu cessare permittam, proemium exspecto, veteranum tandem aliquando e nobis resurrecturum esse, qui nulli parcens operae, totoque ad rem incumbens nisu, monumentis coaevis adjutus, pandat Tiroli, nostris diebus sua, erga Caesarem Optimum Maximum Patrem Patriae Franciscum fidelitate et immutato erga majorum suorum statuta amore elucenti, *praesentibus atque futuris* et *universis Xsti fidelibus* inscripta, pandat sacra annalibus eruta priscis, et fata domestica, et quo sit merito, quaeque notata dies? ut saepe nobis patrem legere liceat, saepe avum, et ut patriae gloriam, tot belli aerum-

nis, tot pacis periclis, uti fulvum in ignibus aurum comprobatam ad seram transferat posteritatem penna metuente solvi Fama superstes! Dabam Vindobonae Calendis Julii MDCCCIII.

Nro. I.

Carolus Francorum et Longobardorum rex monasterium virorum Chiemsee, quod Doddo habuit, tradit Episcopo Engilramo Mediomatricensi. 789. 25. Octob. Actum Regensburc.

(Nachrichten von Juvavia.)

K*arolus dei gratia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum* omnibus fidelibus nostris praesentibus et futuris. Quicquid enim ex his, quae nobis divina pietas affluenter tribuere dignatur locis venerabilibus in amore dei largimur, hoc nobis ad mercedis augmentum, seu stabilitatem regni nostri pertinere confidimus.

Igitur, *quia Ducatus boioariae ex regno nostro Francorum* aliquibus temporibus *infideliter per malignos homines Odilonem et Tassilonem propinquum nostrum a nobis subtractus* et alienatus fuit, quem nunc *moderatore justiciarum, deo nostro adjuvante ad propriam revocavimus dicionem.* Idcirco noverit magnitudo seu utilitas vestra nos pro intuitu divino et animae nostrae, seu uxore, et prolibus a die praesenti dedisse sacrosanctae *mediomatricensi* ecclesiae quae almi prothomartyris Christi et levite Stepha-

ni decoratur, ubi vir venerabilis *Engilrammus* archiepiscopus pontifex esse dinoscitur, qui et sanctam capellam pallacii nostri gubernare videtur, donatumque in perpetuo ad praefatum episcopatum esse volumus ex praedicto *ducatu baioarie* monasterium virorum nomine *Kieminseo*, quod *Dodo grecus*, *peregrinus* habuit, quod est in honore domini et salvatoris nostri Jesu Christi constructum, cum omni integritate, adjacenciis et appendiciis suis ad praefatam sanctam ecclesiam sicut praesenti tempore et nunc possidere videtur jure ut diximus firmissimo delegavimus.

Propterea hanc praeceptionem auctoritatis nostrae conscribimus, per quam omnino volumus, ut praefatum monasterium sicut per Ambrosium possessum fuit, memoratus archiepiscopus — ecclesiae Metensis suique successores — habeant, teneant, atque possideant. —

Et ut haec auctoritas firmitatis nostrae melius habeatur, aut per tempora conservetur, manu propria subter firmavimus, et de annulo nostro sigillare jussimus.

Signum Domni Karoli gloriosissimi regis.

Optatus ad vicem Radoni et recognovi et scripsi et subscripsi.

Data VIII. Kal. Novembris anno XXI. et XVI. regni nostri

Actum Reganesburch, Civitate nostra in Dei nomine feliciter, Amen. *a*)

a) Diploma hoc egregie inserviet verum regnum Francicum inter, et Ducatum Agilolfingicum Boiorum nexum dilucidandum, et fabulas tritas de splendido atque inmediato Ducum Boicorum regimine tandem aliquando extinguendas §. 18.

Nro. II.

Audibertus abbas S. Mariae agit contra quosdam monasterii sui homines, servos se ejusdem esse abnegantes. 844. 26. Februarii Actum Tridenti.

(Muratori antiquitates Italiae medii aevi.)

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, dum ad excellentissimam potestatem Domini *Hludowichi gloriosissimi regis*, Domini *Hlotarii Imperatoris Filii*, proclamandum et dicendum venisset *Audibert Abba monasterio sanctae Mariae* quod est situm non longe a civitate *Verona* ad Portam Organi, quod homines pertinentes suprascripto Monosterio, seo Senodochio sanctae Mariae, quae

aedificavit bone memoriae *Lupo Dux* cum *conjuge sua Ermilinda*, qui pertinet a predicto Monasterio, qui commanent *in Comitatu Tridentino*, deberent facere hoperas et aliud servicium pro conditione ad partem supra scripti Monasterii, modo se inde suptraunt de ipsas hoperas vel servicium, nescio pro qua re unde *in ipso Comitatu* justiciam minime habere potuimus. Tunc praedictus *Rex de suis* praesentiis *Missum* suum Garibaldum *Palatinum judicem* illuc direxit ad ipsam suprascriptam causam inquirendam, et eidem abbati justitiam faciendam. Tunc conjungente se supra scriptus Garibaldus *Missus atque Judex in civitate Tridentina* CURTEM DUCALEM cum *Paulitione Misso* DOMINI LUITFRIDI DUCIS, atque loco posito, huic aderant cum eis Lorentianus de *Marcha*, alius Lorentianus de *Clauce*. Hagilo de *Prissianum*, Alldeo de *Milano*, Aldo de *Feltres*. Launulfus de *Baovarius*. Fritari de *Apiano*, *Scavini*, Huerini, Adelald, Starcfrido, Regimpaldus Sculdasius, Andreas Archidiaconus de Verona, *Issardus Vassus Domini Liutfridi Ducis*, Autpertus, Petrus de *Villa*, Yihso de *Marcus*, Blandus de *Civitiano*, Todo, Avardus de *Persines*, Corentiano de ipso loco, Gaideris, Ortari de *Fornaces*, Andelbertus, Giso de *Prissianum*, Hodo de *Milliano*, Andelbertus de *Villa*, Heribertus, Petrus de *Marcus*, et aliis *Vassi Dominici tam Teutisci quam et Longobardi* ad singulorum hominum causas audiendum vel deliberandum. Ibique veniens ad eo-

rum praesentiam Audibertus Abba una cum Anscauso Advocato supra scripti monasterii, proclamandum et dicendum contra Luponem. Suplainpunio filius quondam Lupardo de *Tilliarno*, quia iste Lupo, Suplainpunio nominatus, bisavius, et avius, et patruus *tempore Longobardorum* et *Francorum*, et tu ipse moderno tempore infra treginta annos fecistis hoperas pro conditione ad partem sanctae Mariae, nescio pro qua causa modo te suptrais, et ipsas hoperas minime facis. Adhec respondebat Lupo: non est veritas, quod ego aut parentes mei ad partem sanctae Mariae hoperas pro conditione fecissemus, nisi quod commendavimus nos Ariperto abbati. Tunc nos suprascripti Scavini interrogavimus ipso Lupone, si potuisset probare, sicut ipse dicebat. Et ipse dixit, quod sic potuisset tunc nos suprascripti Scavinis judicavimus, ut daret Lupo Wadiam de consignatione. Et posuit fidejussorem Dagimpertum et Lubarium. Et posuerunt constitutum *Placitum in civitate* ad suprascriptam CURTEM DUCALEM. Iterum interpellavit Anscausus Advocatus suprascripti Monasterii Martinum, et Gundaldum germanos de *Avi*, quod ipsi et parentes eorum similiter ad partem Monasterii sanctae Mariae hoperas per condictione facere deberent, Et ipsi respondentes dixerunt: Non est ita, quod dicitis, quod nos aut parentes nostri hoperas pro condictione, neque personas, neque res ad partem sanctae Mariae operas fecissent, nisi per comendatio per liberos ho-

mines. Tunc interrogavimus eos hos suprascripti Scavinis, si potuissent probare. Et ipsi dixerunt, quod sic potuissent. Et fecimus eos dare Wadiam de consignatione, et posuerunt fidejussorem Yihsonem et Anscausus *ad constitutum ad ipsam Curtem.* Similiter in ipso Placito interpellavit suprascriptus Anscausus *Vitalem* de Murium. Maurontonem *de Castellionem*, Brunarium, Bonaldum et Honoratum germanos de *Tilliarno* dicendum: et vos similiter et parentes vestri operas pro conditione fecistis et facere debetis ad partem sanctae Mariae, nescio pro qua causa modo facere distulistis, ad haec ipsi respondentes dixerunt: non est veritas, quod nos aut parentes nostri aliquando operas fecissemus, neque pro conditione neque pro aliqua alia causa, sed semper nos et parentes nostri in liberam potestatem fuimus et esse debemus. Dum nos suprascripti Scavini taliter audivimus, judicavimus eis, ut darent Wadiam de constituto. Et posuerunt fidejussorem Launulfum, et posuerunt constitutum similiter ad suprascriptam curtem. Positio autem constituto, iterum conjungentes nos IN CIVITATEM TRIDENTINAM AD CURTEM DUCALEM, nos suprascriptus Garibaldus *Missus* et Paulitius *Locopositus*, seo suprascripti *Scavinis* et *Sculdasiis*, ac ceteri plures homines. Ibique nostra praesentia conjungente se Audibertum Abba et simul cum Anscauso advocato suprascripti Monasterii, nec non et aliam partem ipsis suprascriptis homines cum quibus pars monaste-

rii altercabat, inprimis interrogavimus eos suprascriptis Scabinis et auditores Lupone Suplainpunio, si abesset paratos ipsos testes, sicut Wadiam dedit, et ipse dixit, quod sic aberet. Et presentavit suos testes, id est Launulfum et Johannem de *Baovarius*. Gisempertum de *Lanzimas*. Dum suprascripti testes in nostra presentia presentati fuissent, sic nos Judices ipsos testes unum ab alio separari fecimus, et minutius atqs diligenter inquisivimus. In primis Launulfus dixit: Scio de ipsa contentione, quo habet iste anscausus advocatus de Sinodochio sanctae Mariae cum isto Lupone Suplainpunio faciente operas ad partem sanctae Mariae de ipsas res, ubi resedebant, pro conditione tam isto Lupone Suplainpunio, quam et parentes ejus. Absit, quod de personas suas, nisi de ipsas res ubi resedebant. Johannes, Gisempertus similiter dixerunt, sicut et Launulfus dixit. Post hoc testimonium dictum interrogavimus nos suprascripti Scavini anscauso advocato, si abuisset testes contra opponendum, nostrisque presentasset presentiis. Quibus anscausus advocatus dixit: Sic habemus. Tamen non est nobis necessum, quia isti testes magis testificant de ipsas res ad partem Monasterii de Sinodochio sanctae Mariae, quam ad partem istius Luponis Suplainpunio. Sic fecimus nos suprascripti Scavini praedictos testes ante nostris praesentiis unusquisque manum suam super sancta Evangelia ponere, et Juraverunt, ut qualiter de ipsa causa testimonium dixerant, sic

fuisset veritas. Post hoc sacramentum factum, et omni veritate per ipsos testes inquisita, tunc apparuit nobis judicibus recte et judicavimus, ut pars suprascripti Monasterii sanctae Mariae haberet ipsas res, qualiter testes ejus Testimonium dixerunt ut lex est; et finitum est. In ipsum placitum compellavit anscausus advocatus suprascripti Monasterii Martinum Gundaldum, Vitalem Maurontonem, Brunario, Bonaldum Honoratum: mittite nobis rationem et ipsas operas, unde Wadiatum abemus. Quos interrogavimus nos suprascriptos Sabinos et auditores ut si et ipsi haberent sua testimonia, sicut Wadiam dederunt. Qui dixerunt. Voluimus abere sed non possumus. Et interrogavimus eos iterum atque iterum pro qua re ipsi testimonium abere non potuissens. Et ipsi dixerunt: pro ideo non possumus quia fatiebamus operas ad radem, et portabamus pastas ad Veronam et alias ambassias facerent. Qui manifestarunt et dixerunt, quod pro ipsis rebus ubi residebant ipsas operas velambassias facere deberent. Nos quidem suprascripti Scabinis vel auditores, dum taliter eos manifestantes, audissemus sic judicavimus, ut pars sanctae Mariae ipsas res aberet. — —

Hanc paginam judicati Grimualdum notarium scribere monuimus, ut futuris temporibus exinde amplius oriatur intentio. Quam enim paginam judicascripsi ego Grimualdus Notarius, civis Tridentinus

ammunitionem de supra scriptis Scavinis. Anno Dominorum nostrorum Hlotarii invictissimi Imperatoris anno vicesimo Vto, et domni Hludowichi filii ejus gloriosissimi regis anno Vto. Sup die vicesimo sexto de mense Februario. Indictione octava feliciter.

Ego Paulitius in his Actibus interfui manu mea subscripsi et judicium dedi.

Ego Aldo in his actibus interfui et judicium dedi et manu mea subscripsi.

Ego Petrus in his actibus interfui et manu mea subscripsi.

(Subsequntur signa manuum reliquorum Scavinorum et Sculdasiorum.)

Ego ante dictus Grimualdus Notarius hac noticia judicati pro jussione et ammonicione de supra scriptis *judicibus* et *Savinis* scripsi et complevi. a)

a) En! in hoc pretiosissimo Muratorii diplomate, productos in medium §. X. *Comitatum et Ducatum Tridentinum et Ducem Luitfridum*, et in ipsa *Tridentina civitate Curtem Ducalem* et loca quam plurima patriae nostrae, jamjam a celeberrimo *Tartarotto* detecta.

Nro. III.

Arnolfus Rex Clerico Piligrim donat in pago Cilerthal, quidquid Isangrim ibidem in comitatibus Engilberti et Jezonis habuit. 889. 5. Oct. actum Wolfdeoza.

(Nachrichten von Juvavia.)

In nomine sanctae individuae Trinitatis *Arnulfus* divina favente gracia *rex*. Comperiat cunctorum fidelium Christi generalitas, qualiter quidam fideles nostri *Aspertus* venerabilis *Cancellarius* scilicet et *Salomon capellanus* noster deprecati sunt nostram celsitudinem, ut cuidam *clerico Pilgrimm* vocato quasdam res juris nostri in proprium concederemus. Quorum petitioni libenter annuentes ita fieri decrevimus. Dedimus vero ei IN PAGO qui dicitur CILARESTALE in *Comitatibus Engilberti et Jezonis comitum nostrorum* quicquid *Ysangrim* ibidem in beneficium habere visus est, jure perhenni in proprietatem concessimus cum curtibus et edificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, montibus scilicet atque alpis, venationibus, forestibus, aquis, aquarumque decursibus, molinis — piscationibus, viis et inviis, exitibus ac reditibus, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, et cum universis ad eadem beneficia seu ad easdem res jure vel legitime pertinentibus. Et jus-

simus ei inde hoc presens auctoritatis nostrae preceptum conscribi, firmissimo regali imperio praecipientes, ut memoratus *Pilgrim* de hiis omnibus rebus que ei de nostro jure in jus et dominium concedimus atque tradimus ab hodierna die ac deinceps omni tempore liberam securamque habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid exinde voluerit faciendi absque ullius impedimento. Et ut haec auctoritas nostra firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur ac diligentius observetur, manu nostra eam firmavimus, anuloque nostro sigillari jussimus.

Signum Domni Arnulfi. Invictissimi Regis. Aspertus cancellarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognovi et subscripsi.

Data III. nonas Octobris anno incarnationis dominice DCCCLXXXVIIII. Indictione VII. anno II. regni Arnulfi piissimi regis. Actum in *villa Wolfdeoza* nominata in dei nomine feliciter, Amen.

Nro. IV.

Commutatio Adalberti Salisburgensis Archiepiscopi, et sui Chorepiscopi Gotaberti. 923. 25. Sept. Actum Salzburg.

(Nachrichten von Juvavia)

Omnibus XPI fidelibus agnitum fore volumus.

Tradidit namque *Gotabertus* venerabilis Choriepiscopus ad altare S. Petri, sanctique Ruodberti in manus *Adalberti gloriosi archiepiscopi*, suique *advocati Diotrici*, proprietatem, quam in locis MELTINA et TORILANO dictis in COMITATU NORITALE donante *Chuonrado rege* acquisivit, cum curtilibus edificiis, agris, pratis, pascuis, piscationibus, venationibus, mancipiis utriusque sexus. — — Hi sunt testes ex utraque parte per aurem attracti. Engilbertus Comes, Heimo. Kerhoh. Ludolf. — — Uualamont. Ilpunch. Actum in basilica sancti Rodberti. Anno incarnationis Domini DCCCCXXIII. VII. Kalend. Octob.

Annotationes.

a) Audistin? Moelten et Terlan villas Athesinae vallis, sitas fuisse in Norithal (Valle Norica, Noricana) aut pago Orital, quae tamen aperte pertinebant ad comitatum Bozanensem. Quidni? referebatur ergo hic ad pagum Norital, quod demonstrare conatus sum §. 27.

b) Lungau tractus ditionis Salisburgensis altissimis Tauriscis montibus circumvallatus: hinc Styriae orientem versus, versus meridiem Carinthiae ducatibus confinis.

Nro. V.

Concambium Adalberti Salisburgensis praesulis et Chadalhohi Comitis in Chiemgau de praediis in Birschenwang vallis Oeni inferioris.

(Nachrichten von Juvavia.)

Noverint omnes Christi fideles quoniam *Odalbertus archiepiscopus* quandam commutationem cum *Chadalhoho comite* decrevit faciendum. Tradidit namque predictus Chadalhoh in manus *Odalberti archiepiscopi* et *advocati sui Reginberti* hobam I. de territorio et de pratis ad *Pirchinauuanch* ad sanctum Petrum sanctumque Rodbertum perenniter in proprietatem. Econtra vero tradidit predictus archiepiscopus cum manu advocati sui Reginberti prescripto *Chadalhoho* locum *Fredinghhova* dictum perpetualiter in proprietatem. Hi sunt testes exutraque parte per aures attracti *Engilperth comes*. Nordperht. Uuitagouuo. Rafolt. Auo. Adalfried. Kerhoh. Pirhtilo. Zuentipolch. Puopo. Hiltipold. Adalperht. Erchanolf. Tuoto. Imizi. Item Uuitagouuo.

Nro. VI.

Arnulfi Bojorum ducis confirmatio complacitationis Adalberti Juvaviensis Archi-Mystae cum nobili foemina Rihni. 927. 1. April Actum ad Rordorf dein ad Salzpurc.

(Nachrichten von Juvavia.)

In nomine sancte et Individue Trinitatis. *Arnulfus* divina favente clemencia *Dux*. Cognoscant omnes XPI. fideles, qualiter *Odalbertus Juvavensis ecclesie archiepiscopus* nostris rogationibus ac mandatis obaudiens cum consilio fidelium suorum videlicet clericorum et laicorum, quandam conplacitationem cum *nobili femina Rihni* nominata, in praesentia *missorum nostrorum* Reginberti comitis et Diotrici, ipsius archiepiscopi vassi peragere decrevit.

Tradidit namque *Rhini nobilis femina* cum manu *Deotrici advocati Sui* proprietatem, quam in loco *Seuua* dicto visa est habere ecclesiam, casam cum curte aedificiis et cunctis mancipiis inibi manentibus excepto *Adalkero* et uxore et filiis ejus agris, cultis, et incultis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, piscationibus, aquis, — — in manus *Odalberti* Archiepiscopi et advocati sui Adelfredi, — — ad sedem Juvavensem perenniter in proprietatem et investituram dimisit.

Econtra Odalbertus archiepiscopus — — cum consilio — ipsius fidelium tradidit in manus praedictae *Rihnie* et *advocati* sui *Diotrici* locum *Garoz*, dictum *Cellam* cum ecclesiis, aedificiis, et curtibus istis, ad *Tale*, ad *Uuangon*, ad *Riute*, ad *Sneithee*, ad *Steuanes chierichen*, ad *Teiutes heimon*, ad *Suaprihingon*, ad *Strazchirichon*, ad *Flozingon*, item ad *Flozingon*, ad *Aharnouuant*, ad *Chremisan*, ad *Stafalon*, ad *Isalinngon*, ad *Papinesheimon*, ceterisque locis omnibus ibidem pertinentibus, agris, cultis et in cultis, pratis pascuis aquis aquarumque cursibus — — et insuper tertiam partem de subnotatis novem ecclesiis, id est, de Scheinaha, Pruttinga, Suaprichinga, Stazchiricha, Zennidorf, Antvurti, Piezinga, Selihoha, Niuunchirichá. — — Per nostram igitur petitionem — — iterum predicte complacitationes traditio renovata est hujusmodi. Tradidit itaque *Rihni nobilissima femina* cum manu *advocati sui* Kisalolti presente *Rodberto nostro legato* locum *Seuua*, cum *mancipiis* omnibusque rebus veluti et antea tradiderat, et locum *Cidalara*, cum *mancipiis* ac cum omnibus appenditiis suis, veluti *Chonradus rex Machelmo* in proprietatem concessit, ad *Kerinpach*, sicut *Lantfrid* in proprietatem habuit, ad *Puotilinpach* hobam I. ad *Sconinperg*, quod Mahalberti fuit. Item ad *Sconinperch*, quod hadamari fuit — — et inter haec loca mancipia XXX. ad sedem Juvavensem in proprietatem.

Econtra vero Odalbertus archiepiscopus — — tradidit in manus *Rihnie nobilissimae foeminae* et *advocati Kisalolti* presente Rotberto nostro legato loco *Garoz* — — et *capellam ad EPILINGAM* cum omnibus mancipiis ceterisque rebus. — Et capellam ad *PRIHSINAM.* a) — Et locum putiliumpach — Postea uni de proximis suis locum Garoz dimittendum *Epilingam* et *Prihsinum* et putilinnpach uni de filiabus suis — — remittendum et postea — — ad sedem Juvavensem — possidendum. Et ut complacitationis ejus traditio firmam in Dei nomine obtineat stabilitatem de annulo nostro sigillari et testibus sub notatis per aurem ad tractes sigilari jussimus.

Reginperht Comes b) *Engilperht Comes.* Kerhoh, Heimo, Kisalolt. — — Item Herideo, Engiscnalh, Heidfolch, Isanperht.

Actum primum ad Rordorf anno incarnationis Domini DCCCCXXIIII. Et item ad Salzpurch anno DCCCCXXVII. Kal Aprilis.

a) *Prihsina* est villa hoderna Brixen in valle Brixinensi ditionis Salisburgensis, vallis Oeni inferioris, dynastiis Kufstein et Rattenberg adfinis *Epilinga* est hodiernum Aibling apud Boios, pagi vetusti Intervalles.

b) Regimbertus Comes in Chiemgau, Engilbertus vero Comes in pago Intervalles.

Nro. VII.

Concambium Chadalhohi et Adalberti Archiepiscopi saepi dicti in locis Kufstein et Rordorf, Pago Intervalles. 928.

(Nachrichten von Juvavia).

Tradidit Chadalhoh ad sanctam Juvavensem sedem hobam unam in loco *Chuofstein* a) dicto — — in manus *Odalberti archiepiscopi* et *advocati ejus Regimberti* — — econtra vero tradidit Odalbertus archiepiscopus cum manu advocati sui Regimberti Chadalhoho hobam I. in loco *Rordorf* — — et isti sunt testes utriusque traditionis *Havuart comes*, Diotrih, *Engilperht comes*, *Diotmar comes*, Chadalhoh, Adalperht, Harttuuihe, Reginhoh, Ruodolf Zuentipold, Vuolfram, Vuolperht, Arperht, Uuelisinch, Lantfrid, Reginolf, Otachar, Diotmar, Alaman, Rihart, Reginolt.

a) *Kufstein* urbs cum castro fortissimo in dynastia ejusdem nominis, in valle Oeni inferiore, pago, mea saltem opinione *Chiemingowe*, 1503. demum a Maximiliano I. imperatore Ruperto Palatino Comiti armorum vi erepta ac sancitis cum Alberto sapiente Bojorum duce pactis principali Tyroleos comitatui adjecta.

Nro. VIII.

Autographum diploma Henrici secundi Imperatoris, castrum Veldes, in Carniola situm Adalberoni episcopo Brixinensi donantis. (Ex archivio Brixinensi). 1011. 21. Maji Actum Regensburg.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Heinricus* divina ordinante providentia *rex*. Si sanctorum Dei loca alicujus doni incremento sublimare vel meliorare studuerimus: nobis nostrique regni statui id proficere minime dubitamus. Quapropter omnium XPI fidelium praesentium scilicet et futurorum noverit industria, qualiter nos divini amoris instinctu pro remedio animae nostrae seu parentum nostrorum. Interventu et petitione dilectae conjugis nostrae *Cunigundae Reginae*. Nec non et *Adalberonis*, *sanctae Sabiniensis ecclesiae Episcopi* rogatu, suaeque ecclesiae in honore S. Cassiani Martyris et S. Ingenuini Confessoris dedicatae, *Castellum Veldes* vocatum, *Regalesque mansos* XXX *in pago Craina in Comitatu Udalrici* sitos, videlicet inter duos fluvios *majoris et minoris Sovva*, per hanc nostram paginam potenti manu concedimus. Quodsi vero de eis inibi defuerit, in eodem Comitatu ubicunque habere noscimus, ad eorum suppletionem quantum sufficiat, simili modo largimur. Cum omnibus pertinentiis, Ecclesiis, decimationibus, areis aedificiis, campis, pratis

pascuis, silvis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, cum familia utriusque sexus cultis aut incultis exitibus et reditibus quaesitis sive inquirendis, seu cum omnibus, quae quolibet modo dici aut scribi possunt, utilitatibus, et de nostro jure ac dominio in ejus jus et dominium omnino transfundimus. Eo videlicet rationis tenore, ut praefatus episcopus suique successores de praenominatis praediis et eorum utilitatibus dehinc liberam habeant potestatem, quidquid eis placuerit faciendi ad eorum tamen utilitatem Ecclesiae, omnium hominum inquietudine remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas firmior hoc habeatur tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria firmare curavimus, et sigillo nostro insigniri jussimus. Signum Domni Heinrici (locus Monogramatis) Regis invictissimi.

Gunterus Cancellarius vice *Erchambaldi* archicapellani notavit.

Data XI. Cal. Junii, Indictione IX. anno Dominicae incarnat: Milesimo XI. anno vero Domni secundi Heinrici regnantis IX. Actum Regenspurg feliciter Amen.

Nro. IX.

Indulgentia pro Ecclesia Oenipontana. 1027. 9. Junii. Actum *Wiltein.* (Ex collect. diplom. Eggeriana).

Ego *frater Joannes Madius Dei Gratia Dulmensis episcopus* universis Christi fidelibus *per Brixinensem Diaecesin* constitutis salutem in Filio gloriosae Virginis. Sanctorum meritis inclyta gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condignae devotionis obsequia promeremur. Nos ad consequenda praedicta gaudia causam dare fidelibus cupientes, omnibus fere poenitentibus et confessis, qui *ecclesiam in INESPRUGE* in festis beatorum *Petri* et *Jacobi Apostolorum*, ac B. *Marie Magdalene*, *in quorum honorem ipsa ecclesia est fundata*, et in *quatuor festivitatibus B. Mariae Virginis* gloriosae, nec non caeterorum Apostolorum, ac in die dedicationis ejusdem ecclesie, ac ipsius octavam pariter visitaverint, seu qui *ad fabricam dicte Ecclesie suas fuerint Elemosinas elargiti*, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli autoritate confisi, quadraginta dies de injuncta ipsis poenitentia, misericorditer in Domino relaxamus, *dummodo ad id Diocesani accesserit Voluntas.* Datum *in WILTEIN* *) Dom. incarnat. MXXVII. quinto Idus Junii.

*) Vides hic nomen urbis Tyroleos metropolis cui tanquam patriae natales debeo, primum in Diplomate quodam nuncupatum. Extitit illa ad sinistram Oeni fluminis ripam, ubi hodiedum solummodo suburbia S. Nicolai et B. V. M. Auxiliatricis sunt conspicua. *Wiltein* vetus est romanorum mansio *Veldidena*, ubi temporibus *Venantii Fortunati* jamjam aderat ecclesia S. Laurentii miraculo quodam in ipsius renovatione insignis. Surrexit ex antiquis Romaniscis ruderibus insigne Canonicorum regularium S. Augustini asceterium, munificentia Brixinensis praesulis Regimberti circa 1140.

Nro. X.

Conradus II. Imperator donat Udalrico Tridentino episcopo Comitatum Tridentinum. (Bonelli notizie storiche critiche della chiesa di Trento.) 1027. 31 Maji. Actum Presciae.

In nomine Sancte et individue Trinitatis *Chuonradus* Dei gratia *Romanorum Imperator Augustus* Si ecclesias Dei tribulationibus et miseriis oppressas aliquo nobis a Deo concesso dono ditamus, non solum hoc nobis ad presentis vite subsidium, verum etiam ad eterne gaudium capessende prodesse minime dubitamus. Quapropter notum sit omnibus Sanc-

te Dei Ecclesie fidelibus et nostris, qualiter nos per interventum *dilecte nostre conjugis* videlicet *Imperatricis* et *Henrici nostri dilecti filii Comitatum Tridentinum* cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus illis quibus cum Duces, Comites sive Marchiones hucusque beneficii nomine habere visi sunt. Sancte *Tridentine Ecclesie*, in qua preciosorum Martyrum *Vigilii*, *Sisinii*, *Martyrii* atque *Alexandri* corpora requiescunt, cui venerabilis vir *Udalricus* episcopus preesse videtur, — — — eidem supra nominate Ecclesie et Udalricho Episcopo suisque successoribus in perpetuum damus, tradimus atque confirmamus. Ecceptis his rebus, quas *Ecclesie Feltrensi* infra suos terminos id est *ab Ecclesia sancti Desiderii* in loco, quo dicitur, *campo longo* usque *in finem Episcopatus ipsius* consensu prece atque laudatione supranominati Episcopi *Udalrichi* ob remedium anime nostre per preceptum nostre confirmationis contulimus. Cetera vero cuncta, sicut superius dictum est, in sancte suprascripte Tridentine Ecclesie et praenominati venerabilis Episcopi Udalrici suorumque successorum proprium jus et dominium modis omnibus transfundimus, atque delegamus. Eo videlicet tenore, ut nullus *dux*, *Marchio*, *Comes*, *Vicecomes*, *Gastaldio* sive aliqua regni nostri magna vel parva persona supradictum Episcopum vel suos successores inquietare, molestare, seu etiam intromittere audeat, sine supradicti Episcopi seu suorum suc-

cessorum, qui pro tempore fuerint, gratis concessa licentia. Si quis autem hujus nostri imperialis precepti temerarius violator extiterit, sciat se compositurum *M. libras Obrici auri*, medietatem Camere nostre et medietatem predicte Ecclesie Episcopo. Et ut hec nostre traditionis pagina nunc et in futuro firma et inconculsa permaneat hanc cartam inde conscriptam manu nostra corroboravimus, et sigilli nostri impressione super insigniri jussimus.

Signum Domni Chuonradi Invictissimi Imperatoris Augusti.

Udalricus Cancellarius vice Arbonis Archiepp. recognovit. Data prid. Kal. Junii Indictione X. Anno Dom. Incarnat. MXXVII. an. vero Domni Chuonradi Regni III. Imperii I. Actum Brixie feliciter.

Nro. XI.

Idem Conradus Augustus, cognomento Salicus, eidem Episcopo et Ecclesiae donat Comitatus Bauzani et Vallis venustae. 1028. 1. Junii *in monte Ritten*, in *Kaltenbrunn.*

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis *Counradus* Dei gratia Romanorum *Imperator Augustus.* Si ecclesias Dei tribulationibus et miseriis oppressas aliquo dono nobis a Deo concesso ditamus atque

sublevamus non solum hoc nobis ad presentis vite subsidium, verum ad eterne gaudia capessendae prodesse minime dubitamus. Quapropter notum esse volumus omnibus Xpi nostrisque fidelibus qualiter nos per interventum *dilecte conjugis nostre Imperatricis* videlicet et *Heinrici filii nostri*, *Comitatum Venustensem* cum omnibus suis pertinentiis et illis utilitatibus, quibus eum Duces, Marchiones seu Comites antea beneficii nomine visi sunt habere. *Tridentine* Ecclesiae in qua pretiosorum Martyrum *Vigilii*, *Sisinii*, *Martyrii* atque *Alexandri* corpora requiescunt, et *Udalrico* ejusdem ecclesiae venerabili Eppo suisque successoribus cum districtis, placitis cunctisque functionibus et redibitionibus a nostro jure et dominio in suum jus et Dominium transfundendo in perpetuum damus atque largimur supra nominato *ecclësiae Tritendine* et ejus *Provisori Udalrico* venerabili Eppo suisque successoribus *Comitatum Bauzanum* cum suis pertinentiis, et illis utilitatibus omnibus, quibus eum Duces. Marchiones, seu comites antea *beneficii* nomine habebant, *qui incipit in Bauzana* et *terminatur ex una parte* in *Tinna fluvio* et ex *alia parte in Bria fluvio*, ex tertia quoque *parte in Garganzano fluvio*, et quidquid ejusdem *Comitatus Bauzana* infra *Parochiam prenominate Ecclesie Tridentine* continet, ipsi *Ecclesiae Tridentinae*, suoque *Provisori Udalrico* suisque successoribus in integrum damus et concedimus, *cum foresto jacente in monte Ritena*, et ea videlicet ratione, ut nullus

Dux, Marchio, Comes, Castaldio, vel aliqua nostri Regni magna parvaque persona supra nominatum Eppum vel suos successores in praefatis rebus inquietare molestare seu etiam intromittere audeat sine supradicti Domini Episcopi seu suorum successorum gratis concessa licentia. Siquis autem hujus nostri precepti temerarius violator extiterit, componat M Libras auri Obrizi, medietatem Camere nostre et medietatem prenominate ecclesiae episcopo. *Quod ut verius credatur* manu propria corroborantes *jussimus inferius.*

Signum Domini Chuonradi invictissimi lromanorum Imperatoris.

Lata Kalendis Junii. Indict. X. Anno Domini incarnat. MXXVIII. Anno autem Domini Chuonradi II. (Regni) III. Imperii II. Actum *monte Rittena* in loco qui dicitur *Fontana frigida.*

Ego Zachaeus Sac. Palac. Notar. a) *auctoritate Domini Henrici Dei gratia venerabilis Episcopi Tridentini* hoc *bona fide* et *sine fraude exemplavi* et *in publicam formam redegi*, meumque signum apposui et me subscripsi.

a) Sphalmata, errores et menda diplomatica hujus diplomatis probabilius apocryphi, et autoritate Henrici Tridentini praesulis cum Mein-

hardo principe nostro continuas de comitatu Bauzanensi et Venustensi lites peragentis confecti §. 25 pluribus demonstrata invenies.

Nro. XII.

Excerpta genealogico diplomatico ex archivio monasterii Langenseensis in Carinthia.

Ottwinus Comes Lurniae et Pustricii, dives opum atque terrarum, in *uxorem* habuit *Bichburch comitissam*, quae monasterium *Langensee* fundavit *in Carinthia* pro *ordinis S. Benedicti monialibus*, Basilica ibidem constructa in honorem *S. Georgii* et consecrata *ab Hartwico Archiepiscopo Salisburgensi*, *fundatricis fratre*, quem etiam *in monasterii advocatum* constituerat, et qui in eadem dedicatione *filiam* ipsius *Bichwurch*, *Hiltiburch* dictam, quae in monasterio *ad S. Erentrudem Salisburgi* ordinem S. Benedicti professa erat, *in primam Abbatissam in Langensee* benedixit, cui solemnitati etiam aderat *ex Pustricio Ottwinus Pater*, qui hac die ad novam fundationem dederat quandam possessionem suam *apud Pustricium*.

Dein *Ottwinus iste bona sua inter quatuor filios suos dividens*, quorum nomina erant. *Gerloch*, *Heinricus*, *Hartwicus* et *Volkoldus*, *ad loca sacra peregrinatus est*, *per septemdecim annos absens* tandem

rediens Pustricii *in monasterio Sunniburch*, *quod ipse construxerat VIII. Idus Januarii obiit*, corpus ejus juxta petitionem viventis in Langensee translatum ibidem sepultum fuit, propter quam sepulturam *Domina Bichpurch*, cum suis filiis tradidit eidem ecclesiae *duas hobas in Dopplach praesentibus testibus: Arpone Comite. Ratolt et Otperth.* Fundatio praedicta in Langensee acta fuit tempore *Henrici* imperatoris *Sancti.* Ad haec in dedicatione praedictae ecclesiae domina *Bichpurg* et *filia ejus Perchundt* eidem in dotem dederant bona *in Provincia Juna*, et *Mater* predium in loco *Previara* coram testibus *Hartwico Archiepiscopo*, *Friderico comite* et aliis *Slavanicae Institutionis.* Quae *Perchundt virginitatem in Langensee professa*, *sorori suae qua abbatissa* succedit. Tertia filia itidem *Hiltipurch* dicta *cuidam principi de Saxonia fuerit desponsata.*

Ex post *Henricus Filius D. Bichpurch* fundatricis in Langensee tradidit eidem ecclesiae praedium in *Plaicha* pro remedio animae suae et *Duarum conjugum suarum Gislae et Judithae ac filiae suae Bichpurch.* Idem *Heinricus* pro anima *suae conjugis Gislae in ejus sepultura* tradidit *S. Georgio in Langensee duas hobas.* Denique *tres fratres Volcholdus. Hartwicus et Henricus* tradiderunt suae matri *Bichpurch* quindecim hobas in *Liupichdorf* cum omnibus attinentiis, qualiter eas habuit *Gerloch ejusdem dominae filius*, *quum viveret*, ea conditione, ut et

ipsa se abdicaret coeteris prediis, quae idem *Comes Gerloch* habuit, has hobas dein ipsa *Domina Bichpurch S. Georgio in Langensee* tradidit pro victu et vestitu *suorum posterorum et neptum ibidem Deo servientium*. Hujus donationis *testes* erant: *Engilbertus Comes* et alii *Sclavigenae institutionis*.

NOTULAE.

a) Desumta est notitia haec ex monumentis Parthenonis nobilis divi Georgii in Langensee, quae juxta instantiam abbatissae Sonnenburgensis Barbarae anno 1488. die octava Maji ex archivio dicti Coenobii authentizata, Sonneburgum apud Pyrrustas transmissa fuerunt. De cetero redi ad §. 19. 20. 23.

b) *Arpo* sive *Aribo* comes erat de *Flavon*, (Pflaum) e *valle Ananiensi*, quibus postea subadvocatia memoratæ Parthenonis Sonnenburgensis a praesulibus Tridentinis commissa fuit. Fridericum comitem, referas velim ad *Ortenburgios*, in Carinthia praepotentes.

Nro. XIII.

Notitia traditionum nobilis Levitae Volcholdi, in castro suo Sonnenburg, valle Pustrissa, Comitatu Fratris sui Engilberti monasterium Sanctimonialium fundantis.

(Ex chartulario Sonnenburgensi.)

1039. 8. Februar. Actum Augustae.

Notum sit omnibus Christi fidelibus ac totius ecclesiae filiis scilicet praesentibus et futuris. Qualiter quidam *nobilis Levita* nomine *Volchholdus* perpetuantis possessionis haereditate donari cupidus, *monasterium Sanctimonialium* in honore *S. Georgii Mart.* constructum IN REGIONE CHARINTANA situm, cui religiosa SOROR SUA PERCKKUNT praeest, sacro desiderio plenus adiit, omnemque suum affectum protulit, qualiter animae suae remedio suorumque parentum, nec non et omnium suorum contribulium, *coenobium Sanctimonialium* in quodam SUO CASTRO SUANAPURC vocato, IN VALLE PUSTRISSA ET IN COMITATU ENGILBERTI COMITIS sito ordinare construere ac locare vellet, et beatissimam Virginem Dei genitricem, veram hujus mundanae tempestatis illuminatricem, cujus templum in eodem castro constructum est, omnium bonorum suorum heredem facere cuperet, *et neptim suam* nomine *Bichpurgam* in

prelibato monasterio *S. Georgii* regulariter degentem, *abbatissam* super haec omnia constituere vellet, hujus desiderii vota praedicta illius *soror* benigne suscepit, sed *neptis suae* utilitati prout debuit consulens, reproborumque horum versutias timens praenominatam neptim suam non prius egredi a monasterio suo permisit, quam et — implevit.

Tradidit namque pretitulatus dominus *Volcholdus* cum manu *advocati sui Heimonis* ad altare S. Mariae V. ad servitium et victum praelibatae *abbatissae Bichpurgae et Sanctimonialium* inibi Deo servientium *ac clericorum* in presentia beatae memoriae *Hartwici praesulis*, *Germanique sui Engilberti ejusdem regionis Comitis* absque omnium personarum contradictione, quidquid habuit a loco *Pleicha* dicto usque ad locum *Salarapach* nominatis in montanis et in planis cum omni jure ad idem pertinenti cum areis aedificiis campis pratis pascuis silvis venationibus, aquis aquarumque decursibus cum familia utriusque sexus, ministris filiisque suis terris cultis et incultis exitibus et reditibus viis et inviis quaesitiset inquirendis, omnibusque quae dictis denotarii possunt aut scriptis. Excepto Risconi dicto cum decem hobis ad idem pertinentibus prius S. Vigilio in proprietatem traditis, nec non et praedio suorum clericorum ac ministrorum. Hujus traditionis testes sunt isti: Heimo, Dietram, Tagimo. Hac traditione ita peracta futu-

ras ecclesiarum Dei destructorum versutias praecavens atque preveniens, nec non saepe saepius secum cogitans, quomodo inchoatum bonum stabili confirmaret effectu, *dominum Udalricum Tridentinensis* Episcopatus presulem *tunc temporis amicissimum* adiit, ejusque petitionibus suaviter amatus et letificatus certissime quoque sperans tam noviter coadunatum coenobium posse augeri, ampliari, ac fulciri, si tam prudentis patroni excellentia mereatur protegi atque defendi, idem monasterium cum omnibus, quae praedictae abbatisse *Bichpurgae* ceterisque monialibus in servitium sustentamenti dederat, in recte vereque protectionis tutelam ac Mundiburdium ad altare S. Vigilii M. tradidit, eo scilicet tenore, ut nec prefatus pontifex Udalricus nec ulli sui successores utlam potestatem habeant quidquam de rebus abbatiae traditis ab illarum usu in suum usum trahere sed totum protegere custodire atque defendere. Hujus rei testes sunt *Swiediger. Egnolf. Azili. Rodanus. Luttolt.*

Praedictus autem dominus *Volchholdus* majori stabilitate susceptam congregationem cupiens confirmare et augere, praelibatum episcopum *Udalricum* intimo charitatis affectu ad ante dictum castrum *Suanapurch* invitavit ac condigna veneratione prout tantum virum decuit, suscepit. Et in sancta die Pantecostes ab eodem praesule celebrata divinitus missa praedictus heros VOLCHHOLDUS, ut suae

abbatiae status firmior semper permaneret, ab ecclesia exivit, ac *nepti suae* praenominatae abbatissae *Bichpurgae* totius boni praedicto altari tradidit investituram, prorsus, reliquit, ac postea ab eadem abbatissa *cum minimis campanis* revocatus, *annulo* ipse ac praedictus praesul eandem abbatiam cum predictis bonis tradiderunt et vestiverunt. Hujus rei testes sunt isti *Erchanger*, *Rodini*, *Lutolt*, *Piligrim*, *Hartmann* et filii ejus *Alberich et Perthold*, *Adalpero*, *Avart*, *Defrundorf*, *Lacca*, *Depucca*, *Udalrich*, *Grimaldi filius*, *Suttger*, *Udalrich de Mayes*, *Gadolt de Sulzimos*, *Meginhalm de Efgipach Wolfold*, *Duringh de Mosa*, *Hermann de Mortari*. CHVNO DE FILANDRES, *Enefrid de Enne*, *Rudolf de Castelborutto*, *Gumpo*, *Penno*. Postera autem die predictus dominus *Volcholdus* ampliore fervens dilatione, contra eandem neptim suam duas partes totius sui praedii, quod in loco ENNEPERGE dicto habuit, cum familia utriusque sexus et omni jure ad eandem pertinente cum areis, aedificiis campis pratis pascuis silvis venationibus, aquis, aquarumque decursibus et omnibus quae dictis possunt assignari, piscationibus molendinis, cultis et incultis, exitibus et reditibus viis et inviis quaesitis et inquirendis et omnibus quae dictis possunt assignari vel scriptis, ad altare S. Mariae ad stipendium et servitium praelibatae neptis suae *Wichburge* aliisque monialibus inibi Deo servientibus omnium horum contradictione semota, in perpetuum possidendas tradidit in conspectu praedicti praesulis Udalrici eo tenore et ratione, ut suis isti,

suis alii sui successores injuste detinendi cupiditate, de his rebus quidquam in suum retraxerint aut usurpaverint commodum, loci illius abbatissa potestatem habeat praedictum nundiburgium praedicto episcopatui auferre. Si autem *nepti ejus* praedictae *Bichpurgae* suisque sequacibus ablatio aut diminutio sive usurpatio vel a praedicto praesule vel suis post decessoribus facta fuerit, ante dicta abbatissa suorum testium comprobatione confirmet, quod nec ipsa nec suae post decessores licentiam potestatemve habeant de rebus ejusdem ecclesiae traditis aliquid in suum convertere commodum. Eodem vero die tradidit prenominatus *pontifex Udalricus*, *pro ejusdem abbacie tutela* ad altare S. Virgilii Mart. ad suum videlicet Episcopatum tradita cum manu *advocati sui Ronzonis*, ad altare S. Mariae in unoquoque anno X. Karradas vini *in Bozano* et III. Sagma olei et in loco (*summo lacus* dicto) una piscium decipula, *quae Teutonice: Arch dicitur*. Et in loco *Enna* nuncupato piscatores III. et victimas et post obitum *Volchholdi* tale bonum quale ipse *Volchholdus* pro suo praedio in loco *Risconi* dicto de rebus ejusdem episcopatus pro pacto et quadam federatione habuit situm scilicet in locis *Enna* et *Filandres* nuncupatis. Hujus rei testes sunt isti ante dicti. Tertia igitur vice *post divae memoriae Hartwici praesulis obitum* tradidit saepe dictus dominus *Volchholdus* cum manu advocati sui *Heimonis* ad altare S. Mariae tertiam partem praedii sui in loco *Ennebergae* siti, *Artesen*, *Frone-*

berch et omne quod *hereditario jure* possidebat *in Valle Pustrissa* et *in Comitatu Engilberti Comitis* ad servitium praedicto *abbatissae Bichpurgae* et ceterarum monialium. Cujus rei testes sunt isti. Rodini. Luttolt Erchanger. Hartmann et filius ejus Pertchold. Egizo. Mezili. Adalhard. Anno Dominicae incarnationis MCLVIV. (Sic in apographo, manus autem recentior seculi decimi sexti annum hunc aperte erroneum corrigit in margine sequenti modo: 1039. Mense Februario. 8. ipsius feria VI. in Augusta civitate. Quilibet sine Editoris monitu comprehendet, chartam hanc e scriniis pervetustis, dissolutae 1783 Pathenonis Sonneburgensis desumtam, notitiam potius factarum pluribus vicibus donationum quam proprium atque integrum diploma reputandam esse.)

a) Videsis prae aliis §. 19. 20. 23. Diploma praecedens et Schediasma genealogicum superius in apricum productum. *Sonnenburg* castrum Comitum in *Valle Pustrissa* praecipuum, in amoeno colle haud procul *fano S. Laurentii* ad confluentes *Pyrrhum* et *Gaderam* fluvios situm est. *Enneberg* dynastia olim saepe memoratoo asceterio *Sonneburgensi*, post ejus vero dissolutionem imperatori imediate subjecta, vallis est *Sonneburgo* contigua, e qua torrens *Gadera* emanat, lingua praesertim habitatorum e variis aliis, nec facile discernendis excellenti, memoratu digna.

Saalen et *Saalenbach*, vicus est et praeterfluens rivolus in dynastia *Michaelsburg*. *Blaichen* jamjam refertur ad jurisdictionem *Ennebergensem*. *Risconi* sive *Reischach* supra urbem *Brunopolim* situm, pagus est ad dynastiam supra nominatam S. Michaelis respiciens. *Villanders* vicus ad dextram *Ysarci* fluminis ripam ad Dioecesin *Tridentinam*, dynastiam vero ejusdem nominis spectat.

Enna sive Enn mansio olim Romanorum, *Endidiae* nuncupata, arx est et dynastia ad sinistrum. *Athesis* fluvii latus sita, haud procul moderno oppido Neumarkt, quod olim hoc nomine veniebat e a nundinis tantum de novo inibi translatis praesentem modernam nuncupationem obtinuit, uti observavit clarissimus Tartarottus in opusculo suo praeclaro: *Memorie antiche di Roveredo e di Luoghi circonvicini*, et in ejusdem continuatione sub nomine *apologie delle antiche Memorie di Girolamo Tartarotti Serbati*, *roveredano*.

Nro. XIV.

Antographum diploma Conradi Imperatoris Hartwico eppo. Brixinensi ad monasterium Sabionense Clusas donantis. 1028. 24. Aprilis actum. Aquisgrani.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis *Chu-*

onradus divina favente clementia romanorum imperator Augustus. Ad praesentem prosperitatem et ad aeternam spem sibi prospectum parat, quisquis ecclesias Dei vel a fundamento locat, vel a perversis dirutas redintegrando locupletat.

Quae copia cum maxime regibus vel imperatoribus praesto fuisset, ex quo Christianae religioni colla subdiderunt, pium ac rationabile nobis videtur nil ab his deviare, quibus credimus antecessores nostros sibi etiam eternam requiem promeruisse, unde Dei nostrorumque fidelium universitati tam praesentibus quam futuris posteris notum ee. cupimus. Qualiter dilectus noster *Aribo Moguntinae* sedis Venerabilis Archiepiscopus et *Bruno Augustensis* ecclesiae Episcopus celsitudinem nostram adierunt humiliter obsecrantes: ut *Clusas* sitas in loco *Sebona* IN PAGO ORITAL in *comitatu Engilberti* cum *theloneo*, et cum omni utilitate quae ullo modo inde pervenire poterit ad *monasterium Sebona* dicto in honore sanctae Mariae constructo per nostrum imperiale praeceptum traderemus. Quorum petitioni pium, sicut justum erat, assensum praebentes ob interventum dilectae conjugis nostrae *Gislae* Imperatricis Augustae, et unici *filii* nostri *Heinrici* Regis, nec non *Adalberonis Carentani ducis* supra scriptas Clusas ad praefatum monasterium per hoc imperiale praeceptum firmissime tradidimus, ea videlicet ratione, ut *Hartwicus* ejusdem ecclesiae episcopus suique successo-

res liberam dehinc potestatem de eisdem *Clusis* habeant tradendi, vendendi, commutandi, vel quidquid sibi placuerit, inde faciendi ad usum tantum praescripti monasterii. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni tempore perseveret, hanc chartam inde conscriptam, subtusque manu propria roboratam Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domini *Chuonradi* invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Udalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicancellarii notavit. Data VIII. Calendas Maji. Indictione XI. Anno Dominicae incarnationis milesimo XXVIII. Anno autem Domini *Chuonradi* secundi Regni IV. Imperii vero II. Actum Aquisgrani feliciter Amen.

(Sigillum in Pergameni latere fixum, in cera rotunda exhibet sedentem cum sceptro et pomo imperiali Caesarem, cum hac perigraphe: CHUONRADUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS.)

Nro. XV.

Henricus tertius Caesar donat Popponi episcopo Brixinensi Abbatiam Disentis, comitatum quondam Welfonis, et clusas sitas sub Sabiona. (Ex Archivio aulico brixin.) 1040. 16. Januarii Actum Augustae.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia *Rex.* Si ecclesiarum Dei constitutiones stabilire studuerimus, id ad nostri regni statum et ad animae nostrae remedium proficere minime dubitamus. Quocirca notum sit omnibus S. Dei ecclesiae fidelibus, praesentibus ac futuris. Qualiter *Poppo* venerabilis *episcopus S. Brixinensis* ecclesiae in honore S. Mart. Cassiani et Ingenuini dedicatae nostram humiliter exoravit clementian. Quatenus pro Dei amore nostraeque animae remedio sibi suaeque ecclesiae *Abbatiam Tisentinensem*, sitam in *pago Curiensi*, nec non COMITATUM *situm IN VALLE ENICA ab eo termino, qui Tridentinum a Brixinensi dividit episcopatum*, et *Clusas sitas sub Sabione.* Foresta, omnesque ejusdem ecclesiae possessiones, quas ipsa ecclesia olim per praecepta Regum sive Imperatorum usque nunc visa est possidere. Nostro sibi praecepto consolidaremus atque confirmaremus. Cujus dignis petitionibus aures nostrae Dapsilitatis accommodantes, corrobo-

ramus, atque per hujus regalis praecepti paginam in perpetuum confirmamus praefato *Popponi* episcopo, suaeque ecclesiae ejusque rectoribus, qui pro tempore fuerint, praescriptam Abbatiam et praedictum *Comitatum*, quem felicis memoriae *Pater noster Chuonradus* Imperator Augustus eidem eccliae. concessit, praelibatas *Clusas* cum *theloneo*, foresta, omnesque ecclesiae ejusdem possessiones, quas ipsa ecclesia usque nunc visa est possidere, ea videlicet ratione, ut praefatus eppus suique successores liberam habeant potestatem, quidquid eis placuerit faciendi ad ecclesiae suae utilitatem.

Et ut haec nostrae corroborationis auctoritas firmior omni habeatur tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria confirmavimus, et sigillo nostro insigniri jussimus. Signum Domni Heinrici Tertii, gloriosissimi ac Invictictissimi Regis.

Deotricus Cancellarius Vice Bardeonis Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi. Data XVII. Kalend. Febr. Ind. VIII. A. D. I. Mille XL.gesimo. Anno autem Domni Heinrici, tertii Ordinationis XII. Regni vero I. Actum Augustae feliciter Amen.

Nro. XIV.

Authenticum Diploma Heinrici regis, Popponi episcopo Brixinensi pro Liberis Vallis Noricae immunitatem a censibus et vectigalibus impertientis. 1043. 3. Septemb. actum Pechlarn.

(Ex Archivio Brixinensi.)

In nomine Sanctae et Individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. In datis et acceptis beneficiis apud fidelium mentes perfecta dilectio comparatur et fides. Quia, dum eorum voluntatibus et precibus annuimus, illorum circa nos fidelius ac vehementius evigilat animus. Quapropter omnium XPI. nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium noverit Universitas. Qualiter nos ob amorem et fidelem petitionem fidelis nostri *Popponis Sebonensis* episcopi et *Ekardi Marchionis*, regali et praeceptali nostra auctoritate statuimus, ut omnes *Liberi* in *Valle Norica* residentes *ad episcopatum praenominati episcopi pertinentes*, nulli census aut vectigalia persolvant, aut aliquo publico districtui subjaceant. Et ut haec regii nostri decreti liberalis institutio stabilis et inconcussa omni aevo permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione insigniri.

Signum Domini Henrici Tercii regis invictissimi Adelgerus Cancellarius Vice Bardonis Archicapellani recognovi. Data III. Idus Septembris. Anno Dom. Incarnationis MXLIII. Indictione XI. Anno autem Domni Heinrici Tercii Ordinationis ejus XVI. Regni vero V. Actum Pechlare, in Dei Nomine feliciter, Amen.

Nro. XVI.

Autographum Diploma Heinrici ejusdem praedium Odelisniz in Styria ecclesiae Brixinensi donantis. 1056. 20. Febr. Actum Moguntiae.

(Ex Archivio Brixinensi.)

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus omnibus sanctae Dei ecclesiae, nostrique fidelibus tam futuris, quam praesentibus, qualiter ob interventum dilectissimae Conjugis nostrae imperatricis *Agnethis* nec non *filii nostri* charissimi *Heinrici quarti Regis* cujusdam *Ebbonis* praedium, videlicet *Odelisnitz* ceteraque bona sua omnia, quae in *Marchia et Comitatu Otacharii Marchionis* sita sunt, quoniam *ipso majestatis reo et capitalis poenae sententiam subire damnato*, omnia bona sua, nostrae potestati nostroque publico juri adjudicata sunt.

Nos eadem sanctae *Brixinensi* ecclesiae in honore S. Ingenuini et Cassiani Martyris constructae concedimus, damus et confirmamus cum eodem jure, et cum his pertinentiis, quibus praedictus Ebbo tenuit, hoc est, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, exitibus et reditibus viis et inviis, quaesitis et inquirendis et cum omni utilitate, quae inde ullo modo poterit provenire, ea videlicet ratione, ut episcopi praedictae *Brixiensis* ecclesiae de supra memorato praedio liberam deinceps potestatem habeant, tenendi, commutandi, seu Quidquid illis ad usum ecclesiae praenominatae placuerit inde faciendi.

Et ut hujus nostrae Imperialis traditionis auttoritas omni tempore stabilis permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria subter corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domni Heinrici Tercii Regis invictissimi Imperatoris Augusti. Winitherius Cancellarius ad Vicem Luitpaldi Archicancellarii recognovit. Data X. Kalend. Marcii A. D. I. MLVI. Ind. VIII. anno autem Domni Heinrici Tercii Regis Imperat. autem secundi ordinat. ejus XXVII. Regni quidem XVII. Imperii vero X. Actum *Mogoniz* in Dei Nomine feliciter, Amen.

Nro. XVII.

Authographum Diploma Heinrici quarti, Altwino praesuli Brixinensi Abbatiam Dissentis et Comitatum in Valle Enica nec non clusas sub Sabiona confirmantis. 1057. 4. Februar. Nuenburc.

(Ex eodem fonte.)

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia *Rex.* Si ecclesiarum Dei constitutiones stabilire studuerimus, id ad nostri regni statum et animae nostrae remedium proficere non dubitamus. Quocirca notum sit omnibus Sancte Dei ecclesie fidelibus praesentibus scilicet et futuris. Qualiter *Altwinus* venerabilis epicopus *S. Brixinensis* ecclesiae in honore sanctorum Martyr. Cassiani et Ingenuini dedicatae nostram exoravit humiliter clementiam. Quatenus pro Dei amore, nostraeque animae remedio sibi suaeque ecclesiae Abbatiam *Tissentinensem*, sitam *in pago Curiensi*, nec non *Comitatum* situm in *Valle ENICA*, *ab eo termino, qui tridentinum a Brixinensi dividit eppatum*, nec non *Clusas* sitas sub *Sabione*, foresta, omnesque ejusdem ecclesiae possessiones, quas ipsa ecclesia olim per praecepta Regum vel Imperatorum visa est possidere, nostro sibi praecepto consolidaremus atque confirmaremus.

Cujus dignis petitionibus aures nostrae dapsilitatis acclinantes corroboramus atque per hujus Regalis praecepti paginam in perpetuum confirmamus praefato *Altwino* episcopo suaeque ecclesiae, ejusque rectoribus, qui pro tempore fuerint, praescriptam Abbatiam, et praefatum Comitatum. Quem fel. mem. *AUGUS. noster Chuonradus* et Dominus ac *pater noster Heinricus* ambo Imperatores Augusti eidem ecclesiae concesserunt, et praelibatas *Clusas cum theloneo, foresta*, omnesque ejusdem ecclesiae possessiones, quas ipsa ecclesia hucusque visa est possidere, ea videlicet ratione, ut praefatus episcopus ejusque successores liberam potestatem habeant, quidquid eis placuerit, inde faciendi ad ecclesiae suae utilitatem.

Et ut haec nostra regalis authoritas firmior omni tempore habeatur, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domni Heinrici invicti Regis. Winitherius Cancellarius Vice *Liutbaldi* Archicancellarii et Archiepiscopi recognovit. Datum II. Non. Febr. A. D. I. MLVII. Ind. IX. anno autem Domni Heinrici Regis ordinationis III. Regni I. Actum *Nuenburc*. In Dei Nomine feliciter, Amen.

Nro. XVIII

Autographum Diploma Heinrici Caesaris Altwino Brixinensis ecclesiae antistiti Wildbannum in Craina concedentis. 1073. 23. Maji actum *Augustae.*

(Ex Arch. aulico Brixin.)

In Nominae Sanctae et Individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia *Rex.* Cum omnium nobis servientium, a nobis ut ab omnium Domino pendeat intuitus, omnium quidem servituti gravissimis respondere beneficiis curamus, sed horum praecipue justae petitioni acquiescere deliberavimus, ad quos non modo corporis verum etiam animae utilitatem spectare scimus. In quorum numero *episcopum Brixinensem Altwinum* respeximus. Cujus petitionem, quia justa et honesta videbatur, fieri ad judicavimus. Interpellantibus etiam ac secum parentibus *BERTHA et regni et thori socia*, *Gebhardo Salzburgensi*, *Utone Trevirensi* Archiepiscopis caeterisque fidelibus nostris. Siquidem *Wildpanum*, quem super praediis ecclesiae suae petiit, concessimus. Quorum praediorum longitudinem seu latitudinem *certo rivorum limite* determinavimus. De rivo *Tobrotobach*, quod *teutonice Giuotpach*, usque ad fluvium *Fiustrizza*,

et a summo vertice *Crainae montis* usque *in medium fundum Sowae fluminis.* Infra quem terminum nullus hominum aliquod genus venationis sine praedicti Brixinensis ecclesiae episcopi suorumque successorum licentia exercere Banni nostri obligatione interdicimus. Et ut haec nostra decretalis authoritas firma et inconcussa omni aevo permaneat. Hanc chartam inde conscriptam et manu propria roboratam, sigilli quoque nostri impressione insignitam omnis generationis tam futurae quam praesentis notitiae reliquimus.

Signum Domini Heinrici quarti Regis humillimi et invictissimi. Adalbero Cancellarius Vice *Sigefriedi* Archicapellani recognovi. Data est X. Kalendas Junii. Anno Dom. In car. Millies LXXIII. Indictione XI. Anno autem ordinationis Domini Heinrici quarti Regis XVIIII. Regni vero XVII. actum Augustae feliciter in Dei Nomine, Amen.

Nro. XIX.

(Ex libro traditionum ad Altare Sanctorum Cassiani et Ingenuini praesulum, Brixinensi.)

Noverint omnes, qualiter *Engilbertus Comes* monitu *Fratris sui Hartwici episcopi*, pro remedio animae suae nec non dicti sui *Fratris* sed et *Luidgardae Conjugis suae* tradidit ad altare S. S. Cassiani

et Ingenuini ad usus Fratrum ibidem Deo servientium *in Comitatu Lurniensi*, in loco *Cetulic* dicto predium, quale sibi dedit *Svicherus Comes*.

Nro. XX.

Notum sit qualiter *vir nobilis Erimbertus* Deo inspirante exuta laicali veste ad canonicam vestem mutans dederit S. Ingenuino ad altare *Brixinae* praedium sum *in Comitatu Lurniensi*, in loco *Aznich* cum omnibus ad id pertinentibus.

Nro. XXI.

Notum sit qualiter venerabilis *Pontifex Hartwicus* divini amoris ardore ignitus pro suis delictis ac negligentiis, in ecclesiae suae rebus perpetratis tradidit ad *altare S. Ingenuini* praedium, quod *Frater suus Engilbertus in Comitatu Lurniensi* in loco *Luenzina* a quodam Hezilone aquisierat, ac suo *Contribulio Volchholdo Clerico* dedit cum viginti mansis *Sclavaniscis*.

Nro. XXII.

Heinrich nobilissima prosapia ortus, dilectione famulitioque *episcopi Brixinensis Altwini* monitus, praedia, quae *in Regno Italico*, *Comitatu Forojuliensi*, loco *GORIZA* aliisque locis ibidem circumjacentibus habuit cum omnibus attinentiis pro redemtione animae suae et pro animabus parentum suorum super altare S. S. *Cassiani et Ingenuini*, in manus ejusdem praesulis ejusque *advocati Gundachar personati* perpetualiter possidenda tradidit. Actum *Brixinae*.

Nro. XXIII.

Cognoscat posteritas, quod quidam *Comes* Nomine *Meginhart*, *conjugis suae Mathildae* precibus rogatus, ob rem anniversarii suorum, quoddam *suae ditionis* praedium *Goduna* dictum, in *Pago Luencina*, in *Comitatu Lurniensi* situm, in manus *Gotschalchi praepositi*, ad altare S. Ingenuini confessoris in usum et utilitatem fratrum inibi Deo servientium tradiderit.

Nro. XXIV.

Meginhardus Comes, dedit *Altwino episcopo Brixinensi*, *investituram et usum fructum* cujusdam possessionis *Roduniach* dictae jam antea a se et *sua conjuge Mathildae* super altare Sanctorum Cassiani et Ingenuini traditae. Actum *Resine*.

Nro. XXV.

Noverint omnes, qualiter quidam *Marti* in manus *Altwini* venerabilis episcopi et advocati sui *Gundachar* dedit praedium in monte *Ruzol*, Testes: *Adalpertus* Comes, Wezilo miles. — — — Actum *Brixinae*.

Nro. XXVI.

Diploma Heinrici quarti Regis Altwino episcopo Brixinensi praedium Schlanders et triginta manos in valle venusta donantis. 1077. 13. Junii. Actum Norimbergae.

(Ex Archivo Brixinensi.)

In nomine sanctae et Individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia *Rex.* Regiae munificentiae est bene promerentes bene remunerare. Unde notum sit omnibus XPI nobisque fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos ob interventum *dilectae conjugis nostrae Berchtae. Epponis Niunburgensis, Bennonis Minnaburgensis* Epporum, caeterorumque fidelium nostrorum remunerantes servitium *Altwin Brixinensis* Eppi, Ecclesiae suae *Brixinensi* praedium quoddam nomine *Schlanders*, et ad hoc *de beneficiis Gundacheronis et Ruperti* addentes quoad usque *XXX. Mansi* computentur, *situm in pago Finesgowe in comitatu Gerungi*, cum omnibus appendiciis et utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis et inviis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, ac cum omni utilitate, quae vel scribi vel nominari potest, in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus.

Cujus traditionis testem Cartam praesentem scribi et nostra manu corroboratum sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni Henrici quarti Regis invictissimi. Gebhardus Cancellarius vire Sigefridi archicancellarii recognovi. Anno Dom. Incarn MLXXVII. Indictione XV. Idibus Junii lata. Anno autem ordinat. Domini Henrici XXIII. Regni XXI. Actum Norimberch in XPI. Nomine, Amen.

Nro. XXVII.

Autographum Diploma Henrici quarti Regis, Altwino episcopo Brixinensi, quidquid Welfo Bavariae dux possedit in Passeyr in Comitatibus Gerungi et Friderici possedit, donantis. 1078. Actum Pataviae.

(E Scriniis Brixinensibus.)

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Nunquam aliquid rerum felicius commutatur, quam si temporale pro aeterno datur. Inde prosperitas vitae, indesalus nascitur animae; nam Ecclesias Dei temporalibus ditare est animas in perpetuum salvare. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur.

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Proinde nos, dum in aeternum nobis consultum esse voluimus, diuque *Altwini* S. *Brixinensis* Eccliae Episcopi servitium erga nos fidele, magnum, bonum et assiduum respeximus, Sancto *Ingenuino praefato sedis tutori invictissimo*, quidquid *Welfo dux*, DUM ERAT DUX NOSTRO DONO ET NOSTRA GRATIA habuit in *pago Passyr* nominato, *sito*, *in Comitatu Gerungi* et *in Comitatu Friderici* cum omnibus appendiciis in Alpibus et in Alpinis, pascuis, in utriusque sexus mancipiis, areis, pratis, terris cultis et incultis viis et inviis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis piscationibus, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis seu cum omni re, quae ullo modo inde provenire poterit, in proprium tradidimus, tradendo firmavimus. Cujus traditionis testem hanc chartam scribi jussimus ac manu propria roboratam ut infra videtur, nostroque sigillo insignitam, omnibus XPI. nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus ut haec sicant et credant reliquimus.

Signum Domini Henrici quarti Regis invictissimi. Gebehardus Cancellarius recognovi. Data anno Dom. Inc. MLXXVIII. Indictione I. Anno autem Domi *Heinrici* quarti Regis invictissimi. Ordinationis XXIV. Regni XXII. Actum Patavie feliciter.

Nro. XXVIII.

Autographum Diploma Henrici Imperatoris, Brixinensi ecclesiae Comitatum Vallis Pustrissae et duos inibi servorum mansos donantis.

(Ex archivio Brixinensi.)

1091. 2. Sept. Actum Veronae.

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia III. *Romanorum Imperator Augustus.* Quoniam peregrinam vitam hujus conversationis brevemet et quasi momentaneum existere, et in se per quotidiana detrimenta deficere cognoscimus, ut ad illam vitam, qua in aeternum beate vivitur, summo desiderio suspiremus. Nobis quam maxime profuturum esse credimus. Notum sit igitur Omnibus XPI. nostrique fidelium tam futuris quam praesentibus. Qualiter Nos pro remedio animae et *Berthae beatissimae memoriae conjugis nostrae* et pro dilectione *Heinrici* filii nostri charissimi, nec non ob interventum *fidelium Rudperti Babenbergensis Episcopi*, *Joannis Spirensis* Episcopi, *Ottonis Argentinensis* Episcopi, *Altwini Brixinensis* Episcopi, *Ducis Friderici*, *Rabatonis Palatini Comitis*, aliquorumque plurimorum, qui inter fuerunt, *quemdam Comitatum situm in Valle Pustrissa* et duos *Mansos servorum in eodem comitatu* positos, in

loco Rischone S. Cassiano et *Ingenuino*, *Patronis S. Brix. ecclesiae* in proprium tradidimus, cum omnibus appendiciis, — mancipiis utriusque sexus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, silvis, venationibus, molendinis, quaesitis et inquirendis, seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit ad commodum *Brixinensis* Ecclesiae, ea videlicet ratione, ut eadem praefata *Brixinensis* Ecclesia et Episcopus ejus deinceps potestatem habeat possidendi, obtinendi, precariandi, commutandi, vel quidquid sibi ad utilitatem ecclesiae placuerit, inde faciendi. Ut autem hujus traditionis autoritas semper inviolata permaneat, hanc chartam inde conscribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Humbertus Cancellarius Vice Ruothardi Archicancellarii recognovi. Data est IIII. Non Septemb. Anno ab Incarnat. Dom. Milesimo nonagesimo primo. Indict. XIV. Anno autem Domini Henrici tercii Romanorum Imperatoris Augusti Regni quidem XXXVII. Imperii vero VIII. Actum Veronae in XPI. Nomine feliciter, Amen.

Nro. XXIX.

Autographum Diploma Henrici quinti Hugoni Brixinensis ecclesiae antistiti immunitatem a praedecessoribus suis obtentam confirmantis.

(Ex archivio brixinensis).

1111. 4. Julii. Actum Regen burg.

Heinricus divina favente clementia Quartus Romanorum *Imperator* Augustus. Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam praesentibus notum fieri volumus. Qualiter Venerabilis Vir *Hugo S. Brixinensis* ecclesiae *episcopus* nostram adiens clementiam obtulit nobis quoddam praeceptum, in quo continebatur qualiter venerandae memoriae antecessores nostri *Carolus Magnus*, *Ludovicus Imperator* et *aequivocus ejus Ludovicus Rex*, nec non etiam *Arnulphus Imperator*, et *Filius ejus Ludovicus Rex* praedictam sedem, cum omnibus ad eam pertinentibus propter malorum hominum tergiversationes sub illorum defensione et *Immunitatis* Initione roborassent, petiitque nostri clementiam, ut hoc ipsum ob mercedis nostrae augmentum renovaremus. Cujus petitioni pro divini cultus amore et pro chari *Patris nostri* felicis memoriae *Imperatoris Heinrici* animae remedio, *Matrisque* nostrae piae memoriae, imperatricis *Berthae* animaeque nostrae et corporis salute assensum prae-

bentes, ejusque servitutis fidelitatem intuentes ita fieri in cunctis omnino concessimus, et statuta antecessorum nostrorum firma esse decrevimus.

Quapropter jubemus ut praedictus episcopus et ecclesia, cui ille auctore Deo praeest, cum omnibus moderno tempore juste et legaliter ad eam aspicientibus terris et hominibus et coeteris rebus sub *nostra* defensione et mundiburdio consistant et ut nullus Judex publicus, comes aut exactor, sive Decanus sive Centenarius vel quilibet ex judiciaria potestate in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memoratae sedis, quas nunc in quibuslibet pagis et territoriis infra ditionem Imperii nostri possidet, vel quae deinceps in jus ecclesiae ipsius divina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, aut mansiones faciendas vel paratas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiae ad vectigalia sive aliud aliquod servitium sine jussu Episcopi injuste distringendos, aut ullas redibitiones seu inclicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quae supra memorata sunt, penitus exigere praesummat. Nec ullus judex publicus Comes aut Exactor sive Decanus aut suum placitum servos ipsius praedictae ecclesiae in aliquo modo constringat. Et si quid super illos emendandum sit, advocatus praedicti Episcopi et successorum ejus emendet, et ipse Wadia percipiat et res ipsius S. Ecclesiae omnes in nostro Mundiburdio et

banno, sicut et antecessorum nostrorum Imperatorum sive Regum constiterint omnino consistant, ut liceat memorato Praesuli suisque successoribus res praedictae ecclesiae cum omnibus appertinentiis sub emunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere atque pro incolumitate nostra et regni statu unacum sibi subjecto grege Domini Clementiam jugiter exorare. Addidimus etiam sine hoc nostri Vigoris solidamentum, ut si quislibet ausu nefario post statuta nostra et antecessorum nostrorum ex rebus jam dictae ecclesiae quidquam temere invasisset, nullatenus exinde aliquid ulterius sibi usurpare praesummat, sed ejusdem ecclesiae id ipsum in omnibus, sicut in ipso Comitatu antecessorum nostrorum temporibus antiquitus lege constitutum erat, emendatione digna restituat. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus Deo protegente in convulsa permaneat, hanc chartam inde conscriptam et manu propria corroboratam sigilli nostri impresione, ut patet inferius, jussimus insigniri.

Albertus Cancellarius recognovit. Data IV. Non. Julii Indictione IV. Anno Dom. Inc. Milesimo CXI. regnante Henrico rege Romanorum anno V. imperante Primo.

Actum Ratisbonae in Christo feliciter. Amen.

Nro. XXX.

Transactio praesulum Altwini Brixinensis et Ellenhardi Frisingensis de decimis in Innichen et Riesbach.

1070. Actum Rasen.

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus. Qualiter *Ellenhardus* sanctae *Frisingensis* ecclesiae praesul venerandus duos mansos in loco *Risach Comitatu* autem *Engilberti* sitos manibus *advocatorum suorum Ottonis* scilicet *Comitis et Adalrammi* conlaudantibus clericis militibus servientibus suis, supra altare S. Cassiani et Ingenuini in manus *Altwini Brixinensis* episcopi venerabilis suique *advocati Gundachar* nuncupati, areis aedificiis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis omnibus pertinentiis, super addito infra scripto obsequio praefato episcopo *Altwino suove misso* ante festum sancti Martini, loco in *Intichingen* annuatim exhibendo delegavit eo tenore, ut ab illa die, et deinceps omnis contentio et inquisitio, quam saepe dictus Brixinensis episcopus Altwinus super decimationes *ad ecclesiam S. Candidi* pertinentes adversus praelibatum Frisingensem Episcopum Ellenhardum habuit, in perpetuum diffinita et determinata esset et sit. Hujus traditionis testes — *Megenhart Comes*, *Ernost Comes*, *Gero Comes*, *Thagino*, *Penno*, — *Eckirich*. *Paldemar*.

His ita peractis Reverendus *Brixinensis episcopus Altwinus* conlaudatione clericorum militum servientiumque suorum omnem contentionem, quam adversus — *Frisingensem* episcopum super decimationes ad ecclesiam *S. Candidi* pertinentes habuit. Cum manu sui Advocati *Gundachar* nomine in manus praetitulati *Frisingensi* Episcopi *Ellenhardi* Advocatorumque ejus *Ottonis Comitis* et *Adalrammi* remisit et resignavit ea convencione. Quatenus nec ipse nec aliquis successorum ejus super easdem Decimationes amplius ullam contentionem moveret vel inquisitionem faceret. Et hujus Resignationis testes sunt *Ernost Comes*, *Ger. Comes. Heinrih*, *Penno*, *Echirih. Tagini*, *Meginhart Comes. Perchtold* — *Adalbero*: *de Familia. Heimo*, *Perchtold*, *Paldemar.* Supra dicta autem obsequii quantitas haec est Alodius I. Similae et I. Pollentae II. modii dispensalis panis II. duo Porcinae victuales et IV. ovinae. Porcellus I. vel agnus I. Anseres II. Gallinae VI. Ova L. Caseo X. Sagmarii II. vini dimidiam karratam cerevisiae. Farraginis XII Modios. Anno Domini Incar. MLXX. Indictione VIII. apud *Rasinen in capella S. Joannis* Actum feliciter.

Nro. XXXI.

(Ex libro traditionum Brixinensi notato Litt. B Fol. 138. L. I. a).

Noscant omnes fideles Christi. Quod *Concanonicus noster Wernherus de Oueren* curtem quamdam apud *Alserit* cum vinea et reliquis ad eam pertinentibus super Altare SS. Confess. Ingenuini et Albuini consensu et com, *fratrum suorum Karoli et Warmundi* praesente *Episcopo Richero* tradidit et legavit in usum fratrum ibi Deo servientium, ea conditione, ut ipse, dum viveret annuatim duas Carradas vini fratribus inde persolveret: et post ejus obitum ad communes usus fratrum pertineret. Ob hanc causam persolverunt ei fratres 20. libras. Hujus rei testes sunt omnes canonici et fratres ejusdem *Wernheri Carolus* et *Warmundus*, et de familia eorum *Altmannus* miles, et ministerialis Ecclesiae *Kadalhohus*, et filius ejus *Kadalhoh*, *Goteschalcus* de aqua et filius ejus *Albertus*, *Reinbertus* et filii ejus *Kadalhoh* et frater ejus *Engeldi*, *Arnoldus Huco*, *Altum.* De familia nostra *Hadwinn* et filii *Hadwin*, *Goteschalcus*, *Ekkehardus*. *Swarzo* et *Sparnuz*. Actum *Furmian.*

Noverint omnes XPI fideles tam futuri quam praesentes concambium quod factum est inter venerabiles episcopos *Richerum Brixinensem* et *Salamonem Tridentinum* de duabus foeminis ministerialibus. Do.

minus episcopus *Brixinensis* tradidit et delegavit ministerialem ecclesiae suae filiam, 8dalschalci de *Liechtensteine* super altare S. Vigilii ut esset justa et legitima ministerialis, cum omni jure ministerialium. Econtra *Episcopus Tridentinus* tradidit et delegavit ecclesiae *Brixinensi* ministerialem ecclesiae suae Gislam, cum filia sua cum omni jure ministerialium. Ut autem hujus rei traditio rata et inconvulsa permaneat, infra scriptis testibus utrinque per aures ractis, manibus est roboratum.

De Nobilibus: Comes Perhtolt, Comes Fridrich. 8dalrich et frater ejus Rihprant. Ministerialium Rudeger et frater ejus *Aushalm*, *Wigant*, *Hartwich*, *Cadolus*, *Reginpreht*, *Wehrinpreht. Ex parte hujus ecclesiae.* 8*dalschalch*, *Kadolus*, *Gotteschalch*, *Reginhart*, *Reginpreht*, *Otto*, *Witegowe* et frater ejus et alii complures tam clericorum quam laicorum.

Nro. XXXII.

(E libro Traditionum brixinensi.)

Noscat XPI ecclesia quod *Hugo de Schönecke transiturus mare* adauxit redditus fratrum majoris ecclesiae ad agendam memoriam anniversarii tam patris quam fratris sui, nam ad dimidium Mansum in *Torrente* situm ad agendam memoriam Patris sui addidit praedium in *Percha*. Similiter ad dimidium

Mansum *in monte Rodanek* situm ad agendam memoriam fratris sui, quem habuit *Robertus*, addidit praedium in *Mulebach* situm, quod habuit *Ditmarus*. Ad agendam quoque memoriam sui ipsius tradidit eisdem fratribus curiam *Hovarn* sitam. Haec autem omnia per manum Domini *Chuonradi praepositi de Novacella sui consanguinei*, super Altare S. Petri, et Pauli Confessorum atque Pontificum in usum fratribus ibidem Deo servientibus contradidit et delegavit eo tenore, ut idem Praepositus de ejusdem redditibus singulis annis in Anniversario eorum plenum servitium fratribus exhibeat, et elemosinas faciat. Cum autem ipse praepositus voluit cuicunque de choro ad exhibenda fratribus eadem servitia conferre, eadem beneficia illa conferre poterit.

Nro. XXXIII.

(Ex codice traditionum canoniae Neustift prope Brixinam).

Noverit tam presens quam futura Christi ecclesia quod *Comes Chunradus de Leximunde* hobam, que sita est in loco, qui dicitur *Tobereche* pro aeterna remuneratione Sanctae Mariae tradidit. Hujus rei testes sunt: *Adalbertus urbis Praefectus*, *Arnoldus* de *Rodenchen*, *Ludewigus de Brixina*, *Hebrhardus de Tesiningen*, Engelmarus *de Noves*, *Rordolfis Crebiz*, *Chucno de Azniche*, *Fridericus de Matrei*, a) *Fridericus de Stubei*.

Justitiam inquirentibus pateat, quod *Comes Heinricus de Frantenhusen* et Warchwardus minister ejus de *Lutratistosph* per manum fratris nostri *Heinrici* bona, quae habuit Warenstorph Sancte Mariae tradidit. Hujus traditionis testes sunt: Dominus *Pabo de Hahusen*, *Arbo de Haheim*, *Adelbertus de Gozolteshusen*, *Chunradus de Pippinisriede*, *Chunradus de Prachke*, *Luitoldus de Frantenhusen.* Veritatem inquirentibus pateat, quod *Chunradus Comes de Lexgimunde* predium, quod habuit *Bozanum*, Sanctae Mariae tradidit per manum *Comitis Heberhardi.* b) Hujus rei testes sunt: *Sigehart* de villa Sancti Martini, et frater ejus *Heinrich*, *Hesbost*, *Pizilo*, *Gundolt*, *Olrich de Ritene*, *Otto servus Praepositi Regenberti.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus veritatem diligentibus, quod *Comes Chunradus* potenti manu sua tradidit Sanctae Mariae duas hobas in loco, qui dicitur *Suffan.* Hujus rei testes sunt: *Arnolt* de *Rodenchen*, *Reginpertus Garro*, *Rudolf Crebiz*, *Rudolf Tremit*, *Rudiger* miles suus, *Eberhart de Pinizgov*, *Friderich von Flinsbach*, *Gebehart* miles Comitis, *Heinrich Ratgebe* et alii quam plures. Veritatem inquirentes noscant quod *Comes Heinricus de Frantenhusen* tradidit Sanctae Mariae dimidiam hobam in loco *Amblach.* Hujus rei testes sunt *Albertus de Gozolteshusen*, *Hetuolch de Velbe*, *Perthold de Horeburch*, *Hurliuge de Flinspach*, *Rudolf de Mit-*

tersele, *Walterus Cocus.* Fidelibus ecclesiae pateat, quod *Comes Chunradus de Materej* Sanctae Mariae tradidit ovile, quod *Sigincin* habuit. Hujus rei testes sunt *Pertholdus* et frater ejus. *Rudolfus de Stubaj. Fridericus et Weriandus de Materej.*

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus qualiter *Comes Diepoldus de Lexgimunde cum Fratre suo Heinrico et Matre sua Luicarde*, tradiderunt Sanctae Mariae per manus cujusdam nobilis viri *Ruperti de Owenquoven* in *Tofrichae*, *Troja et Lerechporn*, liberati in manu. Hujus rei testes sunt: *Rodiger de Eginchofen et Perkerus*, *Luitolt*, *Werenhart de Husen*, *Wolfolt Reche*, *Hartwich de Ebenhusen et Gerwich*, *Herman de Tunzlinshusen*, *Rodiger Zolze*, *Gotfrid*, *Pillunc*, *Forhtlieb de Buchem*, *Chunrad de Mardingen*, *Ortolf de Pertoldeshem*, *Ludewich de Brixina*, *Otacher* et filius ejus *Otacher de Monte*, *Otto de Albines*, *Wolricus de Aznich*, *Gozmar de Brixina*, *Carle de Pazowe.* Pateat cunctis fidelibus quod *Comes Henricus de Lexmunde* mansum unum *Touireche* per manus *domini Friderici de Rodenchen* tradidit pro remedio animae suae, ecclesiae sanctae Mariae. Hujus rei testes sunt: *Engelmarus de Nouzes*, *Hermannus de Rodenchen*, *Merbotho de Brixina*, *Turingus* de *Nouzes*, *Junior Arnoldus et Henricus de Rodenchen*, *Wazile de Vintulle*, *Oudalricus Letto*, *Gotschalcus* filius ejus, dominus *Engilmarus*, *Chunradus.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod *lis* illa, *quae vertebatur inter Ecclesiam Sanctae Mariae in Novacella et Comites de Leximundi Diepoldum et Heinricum* pro tribus mansis in *Tobrich* sitis, quos am dicta ecclesia a praedictis comitibus et matre eorum sexaginta duabus marcis ante comparaverat, mediante *Brixinensi episcopo Heinrico et capellano imperatoris Ortolfo* et aliis multis honestis viris hoc modo sedata est de consensu utriusque partis. Praepositus et fratres denominatae ecclesiae dederunt comiti *Heinrico* quindecim marcas *Friesacensium* et consiliariis marcam et dimidiam, et idem Comes praedictos tres mansos de novo tradidit cum omni jure saepe dictae ecclesiae ita videlicet, ut ecclesia tam proprietatem quam possessionem haberet, idem tamen comes jam dictos mansos ab ecclesia ad annuum censum habere deberet, et singulis annis nomine Pensionis trecentos caseos persolvere ecclesiae memoratae, eo vero decedente nec filii sui, si quos haberet nec frater vel ejus filii vel alii quicunque successores aliquid juris vel in proprietate vel in beneficio vel alio quocunque modo in praedictis mansis sibi vendicare poterunt. Sed ecclesia libere et absque contradictione plena auctoritate potestatem habebit disponendi praedictos mansos ad usus suos prout sibi noverit expedire. Hujus rei testes sunt: *Heinricus de Nivenburc*, *et Rudegerus* miles filius *Wintheri*, *Fridericus*

Sacerdos de Aznich, *Heinricus Sacerdos de Materej et Joannes*, *Sigmarus* Sacerdos de *Virige et Waltherus*, *Rudegerus* ministerialis comitis, *Magenes*, *Alrammus* et frater suus dictus *Chunradus*, *Philippus* aurifex, *Ernest* colonus noster. Sed ne *comes Diepoldus* vel ejus haeredes pro jam dictis mansis praefatam ecclesiam impetere posset, idem *comes Diepoldus* de petitione *fratris sui comitis Heinrici* penitus renunciavit omni juri quod in praedictis mansis habere poterat. Hujus rei testes sunt: *Dietricus Gurzensis episcopus*, *jam dictus comes Heinricus*. *Comes Otto de Ortenburch*. *Waldemarus de Sumereke*. *Heinricus de Gesieze*, *Diepoldus de villa S. Martini*. *Heriprandus de Nivenburch*, *et Rudegerus* filius *Wintheri*. Item *Rudegerus*. *Chuono de Chienburch*.

a) *Teferecken* vallis est ditionis hodiedum, quoad maximam partem, *Salisburgensis*, dynastiis tyrolensibus *Welsberg* et *Heimfels* dein *Brixinensi* quondam, *Antholz* confinis. Quomodo regiones istae ad jurisdictionem *Windisch - Materej*, quae *Juvaviensi* archiepiscopo suberat, pervenerint? explicavit nobis Cl. Autor operis insignis diplomatici: Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Juvavia und von dessen Verwandlung in das heutige Salzburg. *Henricus* nempe Comes de *Lechesgemunde et Materei*, tale cum archimysta *Salisburgensi Chonrado* pactum iniit ut ipsius ecclesiae

possessiones suas omnes haereditarias tam paternas quam maternas resignaret, *Chonradi* successor *Eberhardus* antea *Brixinensis* ecclesiae praesul pro usu fructu, quem jam dictus *Chonradus* Comiti *Henrico* de *Lechesgemunde* pro traditis *S. Ruperto* bonis concesserat, determinatam dedit pecuniae summam „ut am dictus *Comes Castrum* „*Matrej*, *cum attinentibus* sibi ministerialibus pos„sessionibus et villis tam *dominicalibus* quam *in*„*feudatis* — omnia sibi attinentia — jure proprie„tario *Salzburgensi ecclesiae* resignaret." Quae tamen „in proemium eorum quae fecit *castrum in* „*Lengeberch* cum sib attinentibus, et unum solum „nomine *Loshant* reddidit sibi ministerialem." *Philippus Caesar* hancce concordiam litteris X. Kal. Octobris 1207. *Quedlinburgi* datis ratam habuit quam tamen *Henrici* praedicti cognatus *Pertholdus* Comes de *Graispech* quum coram eodem rege *Philippo*, tum coram *Henrico VIII. Norimbergae* mense Augusto 1223. strenue impugnavit, causa tamen cecidit, silentio ipsi perpetuo imposito. *Meinhardus et Albertus* ille *Goriziae*, hic *Tirolis* comes sub archiepiscopo *Philippo* omnia jura sua in castra et possessiones: *Materey*, Mittersill, Feldsperg &c. &c. uti et *Albertus Goriziae* Comes 1292. mediante praesule *Chonrado* resignaverunt.

Amblach vicus est archidioeceseos *Salisburgensis* prope *Leontium* haud procul confluentibus fluviis *Dravo et Isel*,

Sifian locus dieceseos Tridentinae ubi quamplurimae monasteriis vineae donatae sunt, ad dextram Ysarci ripam situs, spectans ad Dynastiam Stein auf dem Ritten. Insignes ea solum ratione praesentes piarum traditionum membranae nuncupari merentur, quod ejus aevi numerosam nobis sistant nobilitatem: de *Rodenegg* seu *Rodanch de Bruck*, *Garrones de Gorrenstein*, *de Velben*, *de Monte etc.*

b) Comes hic *Heberhardus* nobis erit de *Flavono ex Valle Anaunia.*

Nro. XXXIV.

Diploma authographum Henrici Brixinensis episcopi Hermanno de Weisenstein Castrum Weisenstein prope Windischmatrey in feudum conferentis. 1179. 3. Augusti. Actum Villach.

(Charta Archivii Brixinensis.)

In Nomini Domini. *Heinricus* Dei Gratia *Brixinensis episcopus.* Antiqua prudentum docemur industria. Utque utiliter geruntur nec in posterum vel insidiis maligmantium depraventur vel oblivione memoriis excidant futurorum, scriptis acta mandantur fidelibus.

Ea propter tam praesentium quam futurorum notitiae significamus, quod cum *Hermannus de Wizzenstein* idem *Castrum* a nobis *jure feudi* peteret et *in dubium ejusdem feudi quaestio verteretur, ipso absente, se jure beneficiario, quod parentes suos dicebat habuisse, id postulare.* Nobis autem objicientibus quaedam, quae coram praedecessoribus nostris acta audieramus, quaevis, quod ille praetendebat, videbantur infirmasse, tandem eidem quaestioni talis finis est impositus. Quod nos *Hermanno* idem beneficium recognoscendo concessimus, et praecaventes in futurum damnosas machinationum insidias juramentum publice recepimus ab eo, quod ipse neminem, nec quidem Dominum suum proprium vel quemcunque malum nobis et successoribus nostris molientem in eodem *castro* recipiat vel manere permittat, sed absque dolo nobis et item successoribus nostris, si necessitas ingruerit in munimentum contra omnes patrat adversarios. Et pro hoc idem *Hermannus* duodecim marcas solvit *Frisacensium.* Horum autem testes subtus annotari fecimus et paginam hanc proprii sigilli impressione comunivimus. Testium autem Nomina sunt haec: *Comes Hainricus de Lecheskemunde*, *Chuonradus* de *Ascowe*, *Hainricus* de *Humbretheshusen*, *Volricus* de *Powenburch*, *Regelo* de *Ganteshaim*, *Pernhardus* de *Treve*, *Haidenricus* de *Treve* et filius ejus *Uolricus*, *Amelricus* de *Treve*, *Marcwardus* de *Wilench*, *Ruodegerus* de *Paltramstorf*, *Meinherus* de *Robin*, *Volstalcus* de

Stilves, *Gothschalcus* de *Rischone*, *Purchardus* de *Sebne*, *Fridericus* de *Welfesperch*, *Chuonradus* de *Chastelrut*, *Gothcalcus* de *Castelrut*, *Ruodegerus* de *Foris*, *Altmannus* de *Monte*, *Witenarus* de *Sichelborch*, *Chuonradus Gukko*, *Eberhardus* de *Goriach*, *Reinhartus* de *Veldes*, *Gerberdus* de *Vedrun*, *Voscalus* de *Zowat*, *Chuonradus Zant* de *Burke*. Acta sunt haec *Villaci in domo Ozonis*. Anno ab incarnatione Domini Milesimo, centesimo septuagesimo nono. Tertio Nonas Augusti.

Nro. XXXV.

Diploma autographum Henrici tertii Popponi Brixinensi episcopo forestum in pago Pustrissa, Comitatu Sigefridi donantis. 1048. 25. Januarii Actum Ulmae.

In Nomine sanctae et Individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia *Romanorum Imperator Augustus*. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob petitionem et devotum servitium nostri fidelis ac dilecti *Brixinensis* Ecclesiae *Episcopi Popponis Forestum in Pago Bustrissa*, *in Comitatu Sigefridi Comitis* situm, infra terminos, quo in praesenti nominamus *de flumine*, *quod dicitur Pudio usque ad flumen*, *quod dicitur Schwartzenbach*, *deinde usque ad juga Alpium vallis quae dicitur Arina et*

exinde usque in finem vallis, quae dicitur Wizzental, usque ad flumen, quod Pirra vocatur. His omnibus quos in praesenti conscribimus, laudantibus atque voluntarie consentientibus cum banni nostri auctoritate distriximus ac firmavimus, ut nullus praeter voluntatem praefati episcopi in eo praesumat *cervos aut apros, capreolos retibus venari, arcu sagittaque figere, plagis, laqueis, pedicis seu quolibet venatoriae artis ingenio* capere vel decipere. Qui autem hoc forestum fieri laudaverunt hi sunt *Wecil, Adelram, Babo, Hezeman, Willehalm, Hildebolt, Sigehart, Beredolt, Alberich, Gerolt, Odalrich, Berehart, Otdo, Hartvvic, Rotheri, Ebbo, Billunch, Willenhalm, Erkenger, Adelhart, Egizo, Deidera, Ebbo, Hartvvig, Luidolt, Rodeni, Benzelin, Amacho, Ebbo.* Et ut haec nostra auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hanc chartam propria manu corroborantes sigilli nostri impressione jussimus. insigniri.

Signum Domini *Heinrici* tertii invictissimi Romanorum Imperatoris *Augusti.*

Wintherius Cancellarius vice *Bardonis* Archicancellarii recognovi. Data VIII. Kal. An. Feb. dominicae incarnationis MXLVIII. Indictione primae, Anno autem Domini *Heinrici* tertii ordinationis ejus XIX. regnantis quidem IX. Imperantis autem II. in Dei nomine. Actum Ulmo feliciter, Amen.

Nro. XXXVI.

Conradus secundus Imperator, Hartwico Episcopo Brixinensi donat Comitatum quondam Welfoni commissum cum Clusa sub Sabiona sita. 1027. 7. Junii, Actum Stegon.

In nomine Sancte et Individuae Trinitatis. *Chunradus* divina favente clementia Romanorum *Imperator Augustus*. Justis fidelium nostrorum petitionibus acquiescentes, si res ecclesiasticas rebus nobis divinitus concessis augere studemus, non solum inde temporalis commodi prosperitatem, verum etiam aeternam sperare debemus remunerationem. Quapropter noverit omnium Industria fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum; qualiter nos divinam, ut praemissum est, remunerationem intuentes, nec non et dilectissimae *Conjugis nostrae Kiselae* atque nobilissimae prolis nostrae *Heinrici* interventionem gratissime amplectentes fidelis nostri *Hartwici Brixinensis* videlicet ecclesiae *Episcopi* petitione pulsati, in proprium tradidimus eidem Sanctae Brixinensi Ecclesiae in honore sanctorum Cassiani Martyris, nec non et Ingenuini Confessoris constructae *Comitatum quondam Welfoni commissum, ab eo scilicet termino, qui Tridentinum a Brixinensi dividit Episcopatum, quousque longissime porrigitur in valle Eniana, cum Clausa sub Sabiona sita,* et omni usu jureque ad eum legaliter pertinente. Et

ut haec traditio firma inconvulsaque perpetualiter permaneat, praeceptum hoc de ea conscribi, sigilloque nostro signari jussimus, propriaque manu, ut inferius videtur, confirmavimus.

Signum Domini *Chunradi* Romanorum Imperatoris *Augusti*.

Udalricus Cancellarius ad vicem *Arbonis* Archicapellani recognovit. Data septimo Idus Junii Anno Incarnationis dominicae 1027. Indict. nona Regni *Chuonradi* secundi Anno tertio, Imperii autem ejus primo. Actum *Stegon*.

Nro. XXXVII.

Limitum Brixinensis et Tridentini Episcopatuum determinatio. Circa 1050.

(Reschii annales Sabionenses.)

Totius Christianitatis filii dinoscant Divisionem et determinationem inter *Brixinensem et Tridentinum* episcopatum, quae incipit *ab Ysarco flumine* et ascendit *per Rivum Cardun* usque ad *rivum* qui dicitur *Flemadur*, et prope illum rivum usque per *media pascualia prata* quae dicuntur *Cerrangun*, et inde ad apicem *Silicis* qui vocatur *Crispa*. De *Laitemar* usque ad alium apicem *Limidaralt*, et inde us-

que in *pratum magnum*, quod dicitur *Pradassis*, et de illo prato supra *fluvium*, qui vocatur *Avis* usque supra *montem* *Lucca* dictum, et inde ad *montem Lucceta* vocatum. Ac inde ad summitatem Alpium, quae dividunt *Brixinensem et Tarvisianum et Veltrensem Epicopatum*, quae *Lusa* nominatae sunt.

a) Satis divulgatus est *Isarcus* fluvius lingua vernacula Eisack nuncupatus. Rivus *Cardaun* prope arcem ejusdem nominis dicto fluvio miscetur, rivus *Flemadur* ex pratis illis (quae: die Pergwiesen, Eggen, Obereggen nominari solent) defluit, qua ex valle *Flemmana*, *Bauzanum* itur. Caetera Alpium juga in magna Anichii charta requiri poterunt. *Pradassis* est modernum *Pradazzo*, Fluvius *Avis* vallem *Flemmanam* percurren, haud procul oppido *Lavis*, *Athesi* fluvio se immiscet.

Nro. XXXVIII.

Autographum Diploma Henrici quarti, quo monasterio S. Georgii bona complura in Pago Innthal, Comitatu Palatini Comitis Rathpothonis donat. 1097. 15. Maji. Actum Nusdorf.

(E membranis coenobii in Fiecht.)

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Henricus* Dei Gratia IV. Romanorum Imperator Au-

gustus. Notum sit omnibus Christianis nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus. Qualiter nos amore Christi ejusque Genitricis Mariae, Remedio animae nostrae, et patris nostri Imperatoris *Heinrici*, et matris nostrae Imperatricis *Agnetis* et Conjugis nostre *Berthe*, et aliorum nostrorum in nostro servitio velocissorum vel quacunque morte praeventorum, *Ecclesiae S. Georgii Martyris* in *Intale* constructae, sex mansos *Qunla*, *Lvisvelt*, *Oberdorf*, *Uwinchomheim*, *Birkenwanc*, *Ebse in Pago Intale in comitatu Palatini Comitis Rapotonis*, cum omnibus appenditiis, videlicet utriusque sexus mancipiis, areis aedificiis et omni utilitate, quae vel scribi vel nominari poterint, in proprietatem tradendo confirmavimus, et confirmando tradimus, ea videlicet ratione, ut pro animabus supra nominatorum, et omnium fidelium defunctorum jugis oratio in praefata Ecclesia Sancti Georgii perseveret in perpetuum et specialiter in omni Septimana semper in tertia feria Missa pro fidelibus defunctis, et in sexta feria Missa pro salute vivorum ibi celebretur. Et Presbyter de isto praedio, qui die ac nocte Deo, et Sancto Georgio ibidem serviat, ab ejusdem Ecclesiae Praelato ordinetur, cujus donationis perpetuae testem chartam hanc conscribi, et ut infra videtur, manu nostra corroboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Et eadem traditione ad altare ejusdem sancti atque praedicti *Georgii* martyris propria manu sua, praenominatus Imperator *Heinricus*, et cum

manu Ducis *Welf* delegavit *Juditham*, filios, filiasque ejus, et sororem ejus *Adalint* et ejus posteritatem in manu advocati ejusdem altaris *Gundachar*.

Signum Domini *Heinrici* Quarti Romanorum Imperatoris semper *Augusti*.

Hymbertus cancellarius, vice *Ruothardi* Archicancellari Recognovi. Data Idus Maji. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo XCVII. Indictione VI. Anno autem Ordinationis Domini *Heinrici* in Romanorum *Augustum* Regni XLI. Imperii vero XIII. Actum *Nuzdorf* in XPI. Nomine Amen.

Nro. XXXIX.

Heinricus IV. Imp. varia donat Episcopo Altwino 1063. 27. Septemb. Juxta flumen *Fisick*.

(Ex archivio Brixinensi.)

In nomine Sanctae et inviduae Trinitatis *Heinricus* divina favente clemencia Rex. Omnium Christi, nostrique fidelium tam futurorum, quam praesentium solers industria noverit, qualiter nos praecipue pro amore divino, tum ob nostrae regiae liberalitatis munificencia *Altwino Brixiensis* Æcclesiae venerabili episcopo memores etiam illius erga nos fidelis meriti quedam bona ad nostrum jus et do-

minium pertinentia, montes videlicet duos, *Stainberch* et *Otales* dictos, inter terminun *Linta* et flumen *Steinpach* dictum sitos, et in *Marchia Oudalrici Marchionis*, ipso quidem *Marchione* conlaudante et rogante in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis, quemadmodum ad nostram regalem potestatem pertinere videbantur, hoc est terris cultis et incultis, pratis pascuis, aquis aquarumque decursibus molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire poterit. Ea videlicet ratione, ut praenominatus episcopus et sui successores Liberam dehinc potestatem habeant de praefato praedio obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid illis ad usum Æcclesiae placuerit, inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni aevo permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes. Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domini *Heinrici* quarti regis invictissimi. *Gregorius* Cancellarius Vice Annonis Archicancellarii recognovi. Data V. Kal. Octob. Anno Dominicae incarnationis MLXIII. Indict. Anno autem ordinat. Domini *Heinrici* quarti Regis VIII. Regni vero VI. Actum juxta flumen *Fisich* in Dei nomine feliciter, Amen.

Nro. XL.

Hugo Brixinensis ecclesiae episcopus fundat monasterium Cruskilach, in valle Wocheina, patriarchatu Aquilejensi. 1120. Die 31. Novemb.

(Ex archiv. aul. Brixinensi.)

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Divina favente clementia *Hugo brixinensis episcopus.* Exemplis sanctorum patrum edocti. Si res et honorem Æcclesiae nostrae auxerimus, ad aeternae vitae retributionem nobis proficere speramus. Hujus igitur desiderii affectu Deo auxiliante executi sumus, quod quidam nobilis nomine *Dietmarus* divini amoris instinctu compunctus. Tale praedium quale in loco, qui dicitur *Cruskilach* hahuit cum universis Utensilibus, areis, aedificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris pratis, campis, pascuis, silvis, venationibus aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, tam quesitis quam inquirendis. Deo et Sanctis ejus *Cassiano* et *Ingenuino* supra reliquias eorum pro remedio anime sue ac parentum suorum, et ad emendandum siquid contra Æcclesiam nostram peccavit, in proprium tradidit ac delegavit. Nos vero tante benevolentie ejus grates reddentes consilio fidelium nostrorum secundum voluntatem et petitionem suam predium *in Aquilejensi patriarchatu*

situm *Uochina* nomine. Quod a quodam Nobili *Chuonrath* nuncupato, et a conjuge ejus et a filiis eorum centum viginti libris comparavimus, et quod ab aliis nobilibus ibi acquisivimus, ei concessimus eo tenore, ut quoniam ipse locum illum monachice vite novit aptum, monachos regulariter viventes et essentialiter ibi Deo servientes. Veniam peccatorum ejus ac parentum suorum et nostris ac antecessorum successorumque nostrorum exorantes instituat. Et idem predium utilitati eorumdem fratrum deinceps inserviat. Illud etiam addidimus et confirmavimus. Ut hidem fratres inter se in claustro suo eligendi abbatem nunc et semper liberam habeant potestatem, et eo electo nostram successorumque nostrorum simul cum eis adeat sedem et dignitatem, et investituram a nobis *Abbatie* accipiat ac fidelitatem faciat, et debite obedientie ac reverentie nobis stabilitatem exsolvat. Hanc igitur traditionem nostram et omnia, que a modo hisdem fratribus juste conferuntur et condonantur, quoniam rata esse sancimus, nosmetipsos et nostros successores, si institutionem loci destruxerimus, anathematizamus. Si autem aliquis Dux, Marchio, Comes vel aliqua prepotens persona eundem locum presumptuose invaserit, vel aliquid inde abstulerit aut destruxerit, hunc indissolubili anathematis vinculo obligamus, et perpetuis gehennae incendiis puniendum diabolo et angelis ejus destinamus. Et ut hec eadem nostra traditio

firma et inconvulsa permaneat nostro sigillo fecimus eam insigniri.

Tempore *Oudalrici Aquilejensis* patriarchae, data II. Kalendas Novembris Anno incarnationis Domini MCXX. Regnante imperatore *Heinrico* IIII. Anno Imperii ejus XI. presidente *Hugone* Episcopo anno ordinationis sue III.

(In sigillo cereo, pergameno infixo, cernitur icon *Hugonis* stantis, pontificalibus amicti, dextera pedum, sinistra clausum S.S. codicem tenentis, cum inscriptione vix legibili: HUGO Dei Gratia *Brixinensis* episcopus.)

Nro. XLI.

Bulla Pontificia, Nobili armigero Heinrico Botsch et omnibus suis, dum cruce signatus terram sanctam peteret, pacem et securitatem addicens.

(Ex collectione Eggeriana.)

Romae 26. Maji 1098.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Heinrico Botsch de Bozano, et dilectae in Christo filiae Luciae ejus uxori, Cruce signatis, Tridentinae Diaecesis, salutem et apostolicam Benedictio-

nem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuetae pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suae protectionis munimine confovere. Cum igitur vos Zelo fidei ac devotionis accensi, *signo vivificae crucis assummto proposueritis in terrae sanctae subsidium proficisci.* Nos vestris justis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas vestras, cum familia et omnibus personis — — sub beati Petri et nostram protectionem suscipimus. Datum Romae apud S. Petrum VI. Calendas Junii, potificatus nostri anno decimo.

Nro. XLII.

Heinricus V. Caesar, Rusticos in praedis ecclesiae Sonnenburgensis degentes, a jurisdictione Comitum in Pusterthal eximit,

(Ex archivio Sonnenburgens.)

Actum Brixinae V. Idus Septemb. 1120.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Henricus* divina favente gratia Romanorum imperator et semper Augustus. Notum sit omnibus Christi fidelibus futuris atque praesentibus, qualiter *rusticos in Pustrensi Comitatu, in praedio Sunnenbur-*

gensis ecclesiae habitantes, *praeter eos*, *qui allodiorum suorum possident proprietates*, *et eos*, *qui trium Criminum rei*, *furti videlicet*, *rapinae*, *nocturni incendii accusati vel convicti fuerint*, *coeteros autem universaliter*, *a praedictae provinciae comitis districtione*, *vel placito scilicet principum nostrorum*, *Sigepothonis*, *Berhtoldi*, *Ottonis et Acchonis Comitum*, aliorumque plurimorum, illustrium et nobilium virorum justo judicio, parique consensu *removimus et exclusimus ea lege*, *qua ad antecessoribus nostris Regibus vel imperatoribus usi sunt*, imperiali nostra potestate libere uti concessimus et fruendas perpetuanti jure censuimus. Verum ut firmior noster, nostrorumque principum voluntas et coeteri status, omni, quod contra malivolorum versucias immutabili et inconvulsa stabilitate permaneat, hoc privilegium juste deinceps in omnes inditias conscribere, scriptumque nostri sigilli impressione mandavimus insigniri.

Burchardum ergo *Monasteriensem* Praesulem et Archicancellarium, notarium nostrum, hanc chartam conscribere et insigniri fecimus. Anno videlicet Dominice Incarnat. 1120. Indictione XIII. V. Idus Septembris. Regnante quinto *Henrico* imperatore, et anno imperii sui 13. Actum *Brixinae* feliciter, a) Amen.

a) Quamquam *Mathaeus Brixinensis* episcopus, 4. Januarii 1340. Diploma praecedens, instante *Gutta Sonnenburgensi* abbatissa, recognoverit, ob

plura menda diplomatica, praecipue monstrosa, quae occurrunt comitum nomina, mihi uti subsequens diploma dubium sane, saltem suspicionis notam promerere videtur.

Nro. XLIII.

Heinrici V. Imperatoris Confirmatio Privilegiorum Capituli Sonnenburgensis. 1120. 28. Julii.

(Ex archiv. Sonnenburg.)

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. *Henricus* divina favente gratia Romanorum imperator, et semper Augustus. Nos fieri notum cupimus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod *Volkoldus Levita, venerand'us Fundator Cenobii sanctimonialium in Sonnenburch* estimans fragilitati femineae succurrendum a nobis petiit confirmari, ut, quidquid abbatissae ejusdem loci sine sacerdotum nec sui Conventus consilio attempteraverit, incassum et irritum penitus teneatis, volensque, ut quorum vocibus un animibus eligitur abbatissa eorundem quod consiliis primum in omnibus salubribus in temporalibus quam spiritualibus tanquam in Christo fratribus et sororibus pareatur, cujus desiderio ratiohabili clementius inclinati nostri sigilli appensione hoc scriptum mandavimus insigniri. Praesentibus nostris Principibus *Sigebotone*, *Perchtholdo Ducibus*, *Heimone Ronzone*, et *Hugone*, ac aliis multis

Illustribus et nobilibus viris: Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnat. MCXX. Indict. XIII. Julio IVto. exeunte, Nobis XVIII. Anno Imperium possidente. Datum Auguste, feliciter, Amen.

Nro. XLIV.

Transactio inter Communitates Lodrone et Anfo, super piscationem in lacu Idrino.

(Copia incertae Fontis.)

Actum in Lodrono. 10. Martii 1086.

In Nomine Domini Dei aeterni, Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1086. Die X. intrante Martio, Indictione XI. In *Lodrono* ibi, ubi dicitur concilio, in via publica, in praesentia illorum, quorum nomina inferius continentur. Nos *Albertus Trabucco* et *Ubaldus Rubaeus Consules* de *Lodrono*, et *Petrus Uberti* et *Joannes* qm. *Philippi*, et *Jacobus*, et *Albertus*, *Petrus* qm. *Ubaldi Germani*, et *Tebaldus* et *Andreas* qm. *Rubei* — — et *Petrus Bonuretta* et *Begnudus* quondam *Thomaei Germani* omnes de *Lodrono* et *Petrus Consul de Onesto*, et *Jacobus* quondam *Uberti* et *Japhetus* quondam *Ribaldi* germani et *Gombertus*, *Jacobus* quondam *Arnoldi de Darzo*, et *Jacobus* quondam *Uberti Consule* de *Villo* — — Omnes supradicti pro nobis et nostris com-

munitatibus — — pro pretio VIII. librarum argenti *monetae Mediolanensis* — — quos in parte sunt de festo retento annis Mensanis in nos dicimus, et sententiamus contenti a nobis recepisse et bene numeratos facimus. Inde datum et locationem confirmamus, nobis *Petro de Fosina* et *Jacobo de Prato* et *Lanfranco de Casa*, et *Alberto de Clusera* et *Arce de Ampho*, et vestris Parcionevolis quod consueti fuistis tenere pasculum de *Rivo Caffaro*, a termino Clusarum de rivo *Perono*, sicut currit rivus a summitate montis, ubi est rivus usque in Lacum, et a termino, qui est in riva *Laci*, ubi dicitur *Vallis praedosa*, ubi sicut fratae et stadegnedae sunt vadit vallis usque ad cacumen montis, ubi est alius terminus, sicuti pendet mons versus lacum, ita quod deinceps illum pascavolum debeatis uti, ex mera plenissima largitate, et absque nostra contraditione, salvo, quod si vellemus per aliquod tempus facere laborerium ad bladum seminandum, vel certam quantitatem gazare causa faciendi foenum, quod ibidem debeatis custodire, et non aliquod damnum facere, nec destruere, et hoc in nobis volumus retinere in terminis et confinibus in lacum, similiter concedimus piscationem a termino Clusarum, et a *Dosso Cornu Dojae* supra per lacum, usque ad terminum *vallis praedosae* per totum, salvo, quod non debeatis piscare in summitate lacus, ubi intrant flumina, hoc est, *Clesum* et *Caffarum* in lacum, absque nostra licentia, et vos exinde — in antea de-

bebitis nomine affictus pro eodem pasculo et piscatione anuuatim IV. solidos argenteos denariorum — dando — consulibus de *Lodrono* vel suis Nuntiis, in festo St. Michaelis, vel ad octavam, et insuper vos de *Ampho* cum vestris Percitravolis, sicut nobiscum concordes estis, promittetis non dare, nec facere aliquod damnum aliquo modo de aliqua re *ad castrum de summo Lacu* nec *ad Clusaram*, nec ad portum, nec ad *Casellas*, et si aliqua alia persona dare vel facere voluerit, vos illis obstabitis ad vestrum posse, si vero resistere non poteretis, per vos, vel vestrum Nuntium citius cum poteretis suprascripta scire fatietis; Item promittetis nobis, et nos vobis in vicem, quod, si aliqua persona de *Idro*, vel de *Ampho*, quae non esset in locatione, et pacto veniret ad pasculandum vel piscandum in dicto pasculo, vel piscatione, quod nos communiter debeamus, et teneamur illos pignorare pro reffectione damni, quicunque nostrum illos inveniat, ad hoc vero tam illi de *Ampho*, quam de *Lodrono* steterunt contenti, et taciti ad omnia, et promiserunt per stipulationem habere rata et firma, et posuerunt poenam praecepti, quod, qui non observaverit, solvat centum solidos jam dictae monetae, poena soluta etiam quod omnia continentur, in suo robure permaneant feliciter etc.

Nro. XLV.

Donatio Henrici I. Rom. Regis de quadam ecclesia in Valle Engadina, confirmatio Nortperto Presbytero facta. 930. 5. Idus Aprilis. Frankfurt.

(E collectaneis Cl. Reschii.)

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri. Quia nos interventu Venerabilis ac dilecti *Comitis nostri Arnulfi* quandam ecclesiam Juris nostri *in Valle Enjatina in Comitatu Bertholdi comitis* nostri *in Vico Sindes* vocato, cum decimis, et cum omnibus pertinentiis suis pro amore Dei et aeterna Remuneratione ad *Sanctum Florinum, cujus corpus in Vico Remusciae* requiescit, jure perenni in proprietatem donamus. Ipsam quoque Ecclesiam sancti *Florini* cum jam suprascripta Ecclesia cuidam Presbytero Nomine *Nartperto*, quam *Reginwardus* quidam *Presbyter* jam pridem cum regali praecepto possedit, ipsique nepoti suo reliquit. Nos iterum perenniter possidendam confirmamus, cum omnibus pertinentiis suis, cum Curtibus et curtilibus, aedificiis, mancipiis, agris, pratis, pascuis, Vineis, silvis, aquis, aquarum decursibus, molinis, alpibus, cultis et incultis, exitibus, et regressibus, quesitis et inquirendis cum fisco de ipsa Valle et cum universis ad ipsum per-

tinentibus loca. Jussimus quoquo hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque jubemus quatenus praefatus presbyter *Norpertus* de suprascriptis nostrae largitionis ecclesiis et locis, liberam atque securam teneat potestatem, habendi, donandi, vendendi, seu quidquid sibi libuerit faciendi, et ut haec auctoritas nostra stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmavimus, et annulo nostro insigniri praecepimus.

Simon Notarius ad vicem *Hiltiberti* archicapellani cognovit. Data V. Idus Aprilis Anno Incarnationis Domini 930. Indict. III. Regnante *Heinrico Glorioso* Rege Anno X. Actum *Franconovurt* feliciter in Dei Nomine, Amen.

Nro. XLVI.

Sententia judicialis H... rici Ducis Carinthiae, ceu Marchionis Veronensis, pro Othelberto Veronensi Episcopo, contra marchionem Theodaldum, et cognatam ejus Bertam, detentores curtis Riva, ad lacum Benacum.

(Ex tabulario Capituli Veron.)

Datum Veronae, mense Novembri, 993. Ind. VII. dum judicium *in civitate Verone* in domu Episcopi Sancte Veronensis ecclesie, *in Luubia — ad*

flumen Atesis — in presencia domini Ocberti episcopi — — *in judicio residet dominus Henricus dux* — *Slavorum seu Karentanor. atque istius Marchie Veronensium, ad singulorum hominum justicias faciendas, ac deliberandas*, residentibus cum eo Arnotusdus Episcopi secundoque Ecclesie, *Riprando Comes istius comitatus*, *Ragimbaldo Joannis* et Relique Comitibus, ac *Odelricus Engarpo*, *Adelpertus Pezech Odescale* comitibus urcentis, *Kiamelgauso*, *Uvalgauso.* — Ibique in eorum veniens praesentia dominus *Ocbertus Episcopus* sanctae ipsius *Veronensis* ecclesiae *una cum Ingelberto judex* — *ipsius Episcopi avocatus*, et coeperunt dicere: jam plures vices nos reclamavimus ad vos dominus *Henricus dux*, *ut nobis justitiam faciatis de Tedaldo olim marchione*, *et Berta cognata ejus*, *qui nobis malo ordine*, *et contra legem detinuere et contra dicere curte* — quae nominatur *Ripa*, *quae jacet juxta laco Bennaco ripanensis*, cum casis, masariciis, terris, vineis, eremis, pratis, pascus, silvis, tam in montibus, quamque et in planiciis, seu servis et ancillis, aldiones et aldiares, censitos, et cum — — ipsius curtes, et cum omnibus rebus ad praefata curte, cum omnibus rebus, ut suprasi, pertinentibus, atque olivetis, et censionibus ipsius curte, et provenctis *tam in loco Bennaco*, quamque et foris juxta ipsius *Ripae.* Unde et plures vices missi, et epistolae de vestra parte eidem

lecto fuerant, sed minime eum, et ad vestrum placitum habere potuistis. Unde rogo vos dominus *Henricus* Dux semper dom. hoc anime — — nostri rebus nobis de ejus *curte*, quae nominantur *Ripa*, *quae jacet juxta laco Bennaco Ripanensi* ad salvaque rele — nobis investiatis quousque ipse *Theodald* olim marchio, et *Berta* cognata sua ad placitum — et investiti a nobis deinceps ac — et cum ipse dominus *Ochertus* Episcopus et *Ingelbertus* Judex ejus et ipsius Episcopi avocatus — ad haec recordatus est praedictus dominus *Henricus* Dux, quod sic esse — dictus *Ochertus* Episcopus, et *Ingelbertus* Judex, ejus, et ipse avocatus asseruerat, et ten. ibi locum in eodem judicio praedictus Dominus *Henricus* Dux jam dictus de *Theodaldo* marchione, et *Berta* cognata sua intus, forisque, sese, et vociferare fecisset se minime eum, et eam habere potuit ad suum placitum, et eo — ibi locumque praesens omnium in eodem judicio per fuste quas sua tenebat manus praedictus dominus *Henricus* Dux eundem dominus *Ochertus* Episcopus et *Ingelbertus* Judex, et ipsius Episcopi avocatus *de praedicta curte*, *quae nominatur Ripa juxta loco Bennaco Ripanensi* cum omnibus rebus ad ea pertinentibus, casis, massaritiis, terris, vineis, herbis, campis, pratis, pascuis, silvis tam in montibus quam in planitiis, tam infra loco, quamque, et foris seu servis et ancillis, aldionis, et aldianensis — censitos, redditus fiscalinos utriusque sexus ad jam dicta curte pertinentibus, vel aspicientibus ad salvaque

selle in vestitura quo usque ipse *Theodaldus*, et *Berta* cognata ei — Justitiam suae ad insuper misit bandum domini Regis in mancosos auri mille, ut nullum quislibet homo eundem D. *Ochertum* Episcopum, et *Ingelbertu* judicem ejus, et ipsius Episcopi avocatum disvestire audeat sine legali judicio, qui vero fecerit praedictos mancos — se compositurus agnoscat medietatem partae camerae Domini Regis, medietatem quidem Domini *Ocherti* Episcopi, ejusque successoribus, et *Ingelbertus* judex ejus avocatus, et pars ipsius Episcopi — — et haec notitia aequaliter facta est; fieri jussimus quidem, et ego *Ambrosius* Notarius ex jussione supra scripti Ducis, et judicum amonitione scripsi. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi nonogentesimo, nonogesimo tertio, sub datum — dem mense Novembris, indict. septima, feliciter.

† Signum manu suprasc. Dominus *Henricus Dux*, qui ut supra hanc feci.

† Signum manu suprasc. *Riprandus Comes*, qui ut supra hanc feci.

† Ego *Gausfredus* Judex D. Imp. hanc feci.

† *Uvaltercarusus* Judex Sacri *Palatii* interfui.

† *Arnelgauso* Judex sacri *Palatii* interfui.

† — *Frisledus* Judex sacri *Palatii* interfui.

† *Audibertus* Judex Domnini Imp. interfui.

† *Ambrosius* Judex sacri *Palatii* interfui.

Nro. XLVII.

Literae Nantwini, famuli Brixinensis ecclesiae, super sacello B. V. M. ab ipso constructo.

(E Collectaneis Cl. Reschii.)

Sine dato, circa 1100.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi. Quum in ecclesiasticis et seculalibus rebus, multa et diversa aguntur negotia, placuit ea, que semel diffinita sunt, designari scripture notitia, ut si ei postmodum aliqua m. oriatur discordia, ad indicium determinate cause scripta representetur cartula. Ego quidem *Nantwinus S. Ingenuwini famulus in praediolo meo quod Sclauonica lingua Lezcha vocatur, capellam de lignis antiquitus edificatam in honore S. MARIE matris domini habui. Ad quam in singulis* festis ejusdem genitricis Dei *cum oblacionibus copiosa multitudo fidelium de longe ac de prope maxima veneratione, quamvis non consecrata foret confluebat, nullisque clericorum hortationibus vel amonitionibus, ab hac consuetudine poterat coherceri. Cum ergo divina obsequia ibi minime agerentur, easdem fidelium oblaciones, quasi hereditario jure possedi, post multorum vero cursu temporum, a venerabilibus personis, scilicet Dietmatero trgentino. Episcopo, qui tunc archidiaconatum tenebat, et Herwigo, qui blebem Sancti Clementis re-*

Staats- Bibliothek Bamberg

gebat, amonitus, quod prefatam capellam destruerem et aliam ibi de lapidibus fabricarem, quod etiam devota mente complevi, postea presidio eorum atque concessione et permissione Aquilegensis Ecclesie reverentissimi presulis videlicet Udelrici, a quodam Vicario suo Eberhardo episcopo consecrata est, eo tenore — ut eaedem oblaciones cum capella minime dotata ad aliam ecclesiolam meam ad supplementum, quam habeo in alio fundo meo, qui dicitur *Goriach* pertinerent.

a) Non defuere eruditi, qui heic: *Trigentini* Episcopi legerunt, quod ego omnino reprobans, cum in Ecclesia *Tridentina*, nullus eo tempore *Dietmarus* pedum gereret, *Tergestinum* interpretandum arbitror, Nantwinus enim, famulus, (ut puto, colonus quidam gravior, *Brixinensis* ecclesiae in *Valle Pustrissa*) Diaecesi *Tridentinae* parere nullo modo potuit. Capellam B. V. M. in valle *Ampezzo* sitam fuisse existumo, suberat illa nempe — usque ad novam *Josephi II.* Diaecesium distributionem *Goeritiensi*, 1782. demum ob vicinitatem, *Brixinensi* adscripta. Surrexit diaecesis *Goeritiensis* 1751. e *Tergestina* pro parte, olim patriarchae *Aquilegensi* subjecta. Datum Diplomatis circa 1100 collocandum videtur, quo cum *Udalrico* patriarcha, *Marquardi Carinthiae* ducis filio, congruit, (teste *Ughello.*) *Dietmarus Tergestinus*, *Heriberti* successor, praesul ejusdem ecclesiae nonus. Vi-

cus Gorjach vallis *Pustrissae*, hodiedum quoque *Gloriach* vocitatus, Dynastiae *Lonciensi*, archidiaecesi Salisburgensi paret, atque prope villam *Leisach* ad *Dravum* amnem situs est, ipsa pronuntiatione originem *Slavicam* prodens.

Nro. XLVIII.

Conradus Imperator ecclesiae Feltrensi, Comitatum ejusdem nominis, aliaque antecessorum suorum privilegia confirmat.

Actum Ratisbonae 1140. Ind. II.

In Nomine sempiterne Trinitatis. *Conradus* divina favente gratia Rex. Notum esse volumus omni posteritati quod petitione dulcissime subterranee nostre, et consortis Regni *Gertrudis*, pariterque Domini *Detruni* Venerab. *S.* R. E. Card. nec non *Arnoldi* Cancellarii nostri inducti confirmamus, et perpetuo stabilimus S. *Feltrensi* Ecclesiae, cui presidere videtur *Gubertus* Rever. Episcopus et Regni nostri fedelis: omnia que ab antecessoribus nostris ortodoxis Regibus seu Imperatoribus ceterisque hominibus Dominum timentibus eidem Episcopatui sunt concessa, et que idem Episcopus tenuit, ex quo Episcopatus fundatus est, tam per praecepta quam precaria seu per offersiones sive per cartulas donationis seu per investituram et comendationes seu per que-

cunque cartarum instrumenta, vel cujuscunque scriptionis titulum corroboramus, in quo legaliter per hoc presens preceptum in integrum ad habendum, tenendum, et in perpetuum possidendum una cum omitatu, cum terris et omnibus edificiis, tum vineis, pratis, pasculis, campis, silvis, angariis, ex actionibus, petitionibus, pratis, aquis, aquerumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, montibus, vallibus et herbaticis, planis, cultis et incultis, *cum theoloneo fori S. Victoris*, *et Fori Feltrensis Civitatis* more aliarum urbium *cum Moneta*, cum omni censu seu reditu, qui exire solet *usque in hodiernum diem*, *de Primeja* cum decimis et quartis, juxta canonica statuta, et omnibus molibus et immobilibus, cum publicis mercatis, et eorum functionibus, et utriusque sexus famulit, aldionis, et aldiabus comandatis, eorumque suppellectilibus — *infra Comitatum* — *videlicet a Brenta usque ad petram malarugam*, *et de Cismone usque dum intrat Brentam*, *et planis de flumine Visese usque contra petram perguratam*, et cum omnibus, que ad jus dicte Feltrensis ecclesie pertinent. — — Actum est hoc anno Regni Dom. *Conradi Regis* IV. dom. vero Incarnat. 1140 II. Ind. Ratisbone in presentia principum — *Pellegrinus Aquil. patriarcha. Otto Frising. episcopus*, *Henricus Radisbonensis*, *Bicus Verzburgensis*, *Buchelpretus Marchio*, *Theopoldus Marchio*, *Adelpretus Marchio*, dux *Erricus*, *Comes Adelpretus*, *Comes Bertaldus*, *Comes Salgerdus*, *Comes Ulfradus*,

Comes Maynardus et quamplures alii Nobiles et Diocesani.

Nro. XLIX.

Charta autographa Udalrici Comitis de Ulten, Consanguineo suo Brixinensi praesuli Egenoni bona sua in valle Oeni superiore donantis. 1041. Mense Junio. Actum Brixinae.

(Ex chartulio Brixinensi.)

Notum sit universis Christi fidelibus, quod nos Dei gratia *Comes de Ultimis Ulricus signati Cruci contra tartaros pro patriae liberatione et fidei Katholicae conservatione*, futuris eventibus prospicientes, cum humana conditio etc. — *nostrum Patrimonium in Plebanatu Silz situm, imo universum in valle Eni usque ad hos terminos, puta Sille, Wezen. Vinstermunzze, Thimmelsjoch* et *Vender* constitutum donavimus Domino et *consanguineo nostro Egnoni venerabili Ecclesiae Brixinensis Electo*, cum universis hominibus, castris — — sub hoc modo et forma, ut si ab Expeditione negotii Itineris assumpti nos eveniat non repatriare, idem Electus eadem per omnia possideat pleno. Jure Dominii inconvulsa — Praeterea eidem nostrae donationi hanc legem imposuimus cupientes, ut ex iisdem praediis aliqua in *Plebanatu Silz* sita, 30. marcarum redditus prae-

ter Steurarum importantia capitulo Ecclesiae *Brixinensi* his conditionibus assignentur, ita videlicet, ut idem capitulum ex eorum proventibus XII. pauperes alere perpetuo teneatur, esculentum, poculentum et vestiarium illis cum modestia conferendo, hoc annexo, ut in singulis nostris Anniversariis plenum Servicium tam Canonicis quam aliis Clericis praesentibus ministretur; insuper publica et solemnis Elemosinarum distributio pauperibus erogetur. Sacerdotibus pro tempore Missam celebrantibus pro defunctis mediam libram *Veronensem* offerendo. Praeterea saepe fatus Electus promisit juratoria cautione, infra sex Septimanas, ex quo sibi constiterit, nos Sortis humanae debitum persolvisse, omnia supra memorata cum suis modis et conditionibus episcopali *Brixinensi* mensae applicaturum — eandem donationem tam in ipsius Electi et in Personas *Heinrici Praepositi*, *Heinri* de *Nevvenburch*, Magistri *Petri* Canonicorum, nec non D. *Arnoldi* de *Rodanch*, D. *Alberti* de *Voitesperg*, D. *Reinberti* de *Gernstain*, *Ministerialium Ecclesiae Brixinensis* perfecimus, usquequo eisdem Legibus, quibus ipsum Electum eosdem penitus obstringendo. —— Porro quae ad Executionem certi negotii *necessarium habuimus ire in creditum pecuniae numeratae C. Marcas* argenti a dicto Electo fuimus mutuati. — Hanc chartam tam ipsius Electi, quam sui capituli, dein nostri Sigilli appensione etc. Actum *Brixinae* in Camera episcopali A. D. MCCXLI. Indictione XIV. V. intrante Junio.

a) Fines possessionum Comitum de *Ultimis* in dynastia S. *Petersberg* et *Oetzthal*, dein universa valle *Eni* sunt: *Vinstermunzze*, nostris *Finstermünz*, Clusa alpium e latere *Engadinae vallis*, notissima, *Thimmelsjoch* exquiras eodem nomine marcam *Oetzthal* a valle *Passeyr* e latere *Zwiselstein* et *Obergurgel* discernentem, *Vender* vicus ultimus in *Oetzthal* versus dynastiam *Castelbell*. *Wezzen* est hodiernus *Wettersee* in confinibus dynastiarum montis S. *Petri* et *Humistae*, *Sille* demum fluvius, ultra quem dicti comites nil amplius possederant, haud procul *Oeniponte* eodem nomine *Oeno* se immiscet.

Nro. L.

Chonradus Jerusalem et Siciliae rex, dux Sueviae, Ludovico Bavariae duci, bona quae avo suo Friderico Augusto haereditario jure ab Ulrico comite de Ultimis accreverunt castrum novum in monte S. Petri, nemus Scharnitz, montem Vern et alias possessiones in Valle INN contradit. 1263. 17. Aprilis Actum *Wiltau*.

(Aettenkofers baierische Geschichte.)

Chunradus secundus Dei Gratia Jerusalem et Siciliae rex, dux Sueviae universis Christi fidelibus

praesentibus et futuris hanc paginam intuentibus salutem in vero fidelium Salvatore. Quia diuturnitas temporis oblivionem ingerit rebus gestis, ut facta hominum dubietate vel varietate alicujus infirmentur, accurata debet sollicitudine provideri.

Praesentis igitur privilegii serie tam praesens aetas quam futura cognoscat, quod nos fidem puram et pietatis affectum, quibus nos *Karissimus avunculus noster Lodovicus inclytus Comes Palatinus Rheni dux Bavariae paterno more tanquam filium unicum educavit*, ante moris nostrae oculos jugiter proponentes eidem omnem Proprietatem nostram, quam divus *Augustus Fridericus Imperator avunculus noster* memoriae recolendae, apud *Virum nobilem Comitem Ulricum de Ultimis emisse* dignoscitur et nobis cum *jure haereditario* competentem videlicet: *Novum Castrum in Monte S. Petri in Valle INN* sitam et omnem aliam proprietatem et *bona ad Progenitores nostros ex morte dicti Comitis devoluta infra nemus Scharnitz et montem Vern* posita, donavimus pleno jure proprietatis cum omnibus juribus proprietatibus honoribus nec non hominibus majoribus et minoribus et aliis rebus cultis et incultis, quaesitis et inquirendis, pratis, agris silvis pascuis viis et inviis, aquarum decursibus et omnibus aliis pertinentiis liberaliter et soliter perpetuo possidenda. In cujus rei testimonium, et majoris roboris firmitatem praesens Privilegium cum subnotatis te-

stibus Sigilli nostri caractere jussimus communiri Testes autem sunt *Volckmarus de Kemnaten*, et *Markwardus* filius ejus, *Hermannus* de *Hagenberch*, *Gebhardus* de urbe *Vein*, *Ulricus* de *Freundsperch*, *Hainricus* de *Prisingen*, *Henricus* de *Iseldesried*, *Albertus* et *Ulricus* Notarii et alii quam plures. Actum et datum *apud Claustrum Wiltau* anno Domini millesimo ducentesimo, sexagesimo tercio, decima quinta Kalendas Maji septima indictione.

Nro. LI.

Conradus idem avunculis suis Ludovico severo et Henrico Bojorum ducibus, omnia bona sua tam hereditaria quam feudalia resignat.

1263. 16. Aprilis Actum *Wilentin.*

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Amen. *Chunradus secundus Dei gratia Jerusalem et Siciliae rex*, *Sueviae Dux*, ut sinceris benevolentiae favoribus, quibus nos *Karissimus avunculus noster*, *Lodevvig*, inclitus *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bavariae*, paternis affectibus tanquam filium unicum educavit, respondeamus liberaliter conformi remuneratione debita et merita transcendentes, tenore praesentium universis Christi fidelibus praesentibus et futuris, notum fieri volumus, quod Nos eidem avunculo nostro *Lodevvico* omnes Proprietates nostras, in quibuscunque terris sitas ad nos generaliter, et

specialiter, a quibuscumque nostris progenitoribus ex jure haereditario et proprietario devolutas cum omnibus hominibus majoribus et minoribus, juribus, honoribus, dignitatibus, Dominiis terrarum, civitatibus, castrorum, oppidorum quorum libet et villarum, nec non aliis bonis et rebus cultis et incultis, quaesitis et inquirendis, agris, pratis, pascuis, Silvis, viis et inviis, aquarum decursibus, et generaliter omnibus pertinentiis, in quibus tam nobis quam progenitoribus nostris jus in eisdem proprietatibus competebat, si, quod absit, sine haeredibus nos decedere contigerit, donavimus pleno jure proprietatis possidendas. Hoc incluso, quod de ejusdem proprietatibus tam consorti nostrae, siqua nobis processu temporis et de arbitrio fuerit sociata, quam etiam in remissionem nostrorum peccatorum nobis dare licet coelitus inspiratis pro nobis indebitum expedire. Demum promisimus pura fide et nos per scripta praesentia obligamus in omnia feuda nostra avunculo nostro conferri disponamus, et etiam procceliter procuremus adhibita una cum avunculo nostro solicitudine et diligentia diligenti ad jus, de quibus eidem feuda dignoscimus possidere. In cujus rei memoriam et robur praedictae nostrae donationis, perpetuo valiturum praesens Privilegium fieri, et regni nostri Karacteris impressione cum subnotatis testibus jussimus insigniri. Testes autem sunt, Dominus *Chunradus*, venerabilis *Abbas* de *Roth*, *Menhardus comes Gericiae et tyrolensis*, *Hen-*

ricus Comes de *Escheloh*, et *Henricus filius suus*, *Perchtoldus Comes* de *Escheloh*, *Menhardus Comes* de *Rotineke*, *Henricus* de *Seecht*, *Bernhardus* et *Eckardus* de *Weilheim*, *Hermanus junior* de *Hürnheim*, *Volckmarus et Markwardus filius suus* de *Kemnata*, *Hermannus* de *Hagernberch*, *Chunradus* de *Swangow*, *Wernherus* de *Tablat*, *Bartolomeus* de *Wale*, *Ulricus* de *Freundsperch*, *Chunradus* et frater filii sui, *Grimoldus* et *Henricus* de *Prisingen*, *Gebhardus* et frater de *Velvven*, *Pertholdus Dapifer* de *Waldburch*, *Henricus* de *Loebinberch*, *Hermannus* de *Valemonte*, *Henricus* de *Swarzenberch*, *Chunradus* de *Waldenrode*, *Rodbertus* junior de *Lechisperch*, *Henricus* de *Berneke*, *Chunradus* de *Strohmperch*, *Hartmannus Tarandus*, *Chunradus* de *Parzweile*, *Berchtoldus* de *Arnsperch*, *Sifridus Plebanus* de *Nurnberch*, *Chunradus Plebanus* de *Ebse*, *Albertus* et *Ulricus* Notarii et alii quam plures. Actum et datum *in claustro Wilentin*, anno Domini millesimo, ducentesimo, sexagesimo tertio, sexto decimo Kalendas Maji, septima indictione.

a) Possessiones illas, quos veteres olim *Guelphi* in superiore *Oeni* valle habebant, descendentes ab illis comites de *Eppan et Ulten* possedisse, chartis hisce tribus sibi succedentibus patefit.

Nemus *Scharnitz* sive regalis ibidem saltus jam

in dissertatione prima explicatus ets. Mons *Vern*, hodiedum sub nomine: auf dem Fern, *Oeniponte Augustam Vindelicorum* sive *Campidonam* peregrinantibus occurrit. Angusta ibidem rupium clausura, duabus arcibus *Sigmundsburg* et *Fernstein* custoditur. Castrum novum in monte *S. Petri* dicitur hodiedum: Sankt Petersberg et spectat ad comites de Wolkenstein= Rodeneck, caput aequivocae dynastiae.

Nro. LII.

Litterae Engilberti Comitis Göritiae et Conjugis suae Adelhaidis, praedium Michelbach ecclesiae Novacellensi delegantium.

(Ex Archivio Novacellensi circa 1176.)

† In Nomine Domini Amen. *Ego Comes Engilbertus aquilegiensis ecclesiae advocatus* notifico universis Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod pro remedio anime mee et dilecte *conjugis mee cometisse Adelhaidis* et carissimorum heredum nostrorum, patris quoque ac matris mee, fratris omniumque parentum meorum delegavi potestativa manu cum assensu et bona voluntate praedictae uxoris mee ac liberorum meorum praedium meum *Michelbach* dictum cum omnibus suis pertinentiis cultis videlicet et incultis, quaesitis et inquirendis exitibus

et reditibus et omni utilitate, que quantolibet meo nomine et in futurum inde pervenire poterit, ecclesie, que dicitur *ad Gracias Sancte Marie in Novacella brixine* ad subsidium Fratrum Deo ibidem famulantium. Cui actioni interfuit et praefuit Dominus meus venerabilis supradicte *Aquilegensis* ecclesie *patriarcha Odalricus* et apostolice sedis legatus et venerabiles episcopi *Wernhardus Tergestinus*, *Gerhardus Concordiensis*, *Fridericus Petenensis*, *Dux* quoque *Karinthiae Heremannus*, *comes histrie Meginhardus*, *Fridericus de Lauriaco*, *Waltherus de Luhriaco*, *Otto de Buchen*, *Rantolfus* et frater ejus *Heinricus de Yilalte*, *Liberi*, *Switkerus de Holenburch*, *Hawardus de Lonke*, *Heinricus Marskalcus*, *Hainriricus de Aemona*, *Herbordus de Phoxdel* — — *Ulricus Dapifer ejusdem comitis*, *Cholo* de *Strazberche* et filius ejus *Hugo*, *Mathias de Lytian* et alii quam plures Ministeriales *Aquilegensis* ecclesiae et Ducis *Carinthie Hermanni*.

Nro. LIII.

Litterae Reginberti Brixinensis episcopi, ascetorium Wiltinense fundantis.

(Ex archivio Wiltinensi. 1140.)

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Reginbertus Dei Gratia Brixinnensis Episcopus*, omni-

bus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Omne quod scribitur testamentum, gestarum rerum continet fidem, notitiam, memoriam et firmamentum. Notum itaque esse volumus omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam praesentibus, qualiter nos urgente charitate Christi et cooperante gratia spiritus sancti, muniti quoque authoritate ac Privilegio venerandi Patris nostri *Innocentii* P.P. secundi, astricti insuper debito ac necessitate pastoralis officii *B. Laurentii* Ecclesiam sitam *in Villa*, quae dicitur *Wiltine usque ad tempora minus correctam, minus cultam colere et corrigere sategimus: eradicantes primo et explantantes quosdam dictos canonicos, sed minus regulares Clericos*, deinde plantantes ibidem in nomine Domini, communem et Apostolicam vitam, *Secundum Regulam B. Augustini*, secundum formam ac tenorem atque consuetudinem sanctae *Praemonstratensis* Ecclesiae, commisimus autem praefatam *Wiltinensem* Ecclesiam dilecto filio nostro *Marquardo Praeposito*, prudenti ac religioso viro, confirmantes pro debito nostro eidem Ecclesiae, quidquid hactenus juste possedit munificentia Regum, liberalitate Principum, concessione Pontificum, oblatione fidelium, insuper et nos dignitatem et possessiones praedictae ecclesiae ampliare cupientes, baptismalem Ecclesiam in eadem villa sitam contradimus et delegamus ad Ecclesiam *B. Laurentii* Martyris, cum omni jure et possessione sua, cum decimis et oblationibus suis et omnibus ad eadem pertinen-

tibus firmiter et immobiliter statuentes, ut praefatus charissimus noster *Marquardus* Praepositus et quilibet successor ejus legitimus, quem tota congregatio, vel *sanior pars* fratrum elegerit, curam quoque *Baptismalis* ecclesiae absque repulsa et omni offensa sedulus ministret, praeterea ob venerationem *Beati Laurentii* pro remedio animae nostrae, nec non pro amore dilecti filii nostri *Marquardi praepositi* et fratrum suorum subtrahentes nobis de redditibus et possessionibus Episcopalibus contradimus praefatae congregationi et omnibus ibidem dicto in communi vita nunc et in aevum militantibus duas *Curtes nostras in eadem Villa sitas*, quarum alteram ad manu nostram libere tenuimus, alteram tempore *Hugonis in Schismate a duce Heinrico usurpatam* nos redimentes tempus quo dies mali, supra data pecunia liberavimus. Has inquam curtes duas praedictis fratribus integre cum omnibus pertinentiis ipsarum contradimus. Quaedam quoque quae paulo inferius distinguuntur eorundem fratrum ex nostra traditione et subscriptorum testium astipulatione nihilominus esse decernimus, videlicet tabulas Altaris portatilis unacum reliquiis, duos libros missales, Lectionarium cum Evangeliis, librum matutinalem in duobus Voluminibus, ordinem episcopalem et benedictionale, graduale, excerptum *Hugonis*, casulam rubeam cum aurifrigiis, duas dalmaticas. Unum subtile, duas cappas, quatuor albas cum stolis, phanonibus et humeralibus et cingulis. Pallum altaris magnum

et parvum utrumque auro circumdatum, quinque manutrigiae pallium altaris unam, duas ampullas argenteas, et harundinem, Vasa sacri Chrismatis, et duo Candelabra, nequis autem omnem praedictam traditionem ullatenus infringere, vel ecclesiam *B. Laurentii* in bonis et in personis suis praesumat infestare, authoritate dei omnipotentis sub Anathemate prohibemus, et hanc confirmationis et donationis paginam fecimus conscribi, et manu propria subscribentes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri, et ut hae nostrae traditiones robustiores habeantur, subscripti testes per aurem sunt adtracti. *Arnoldus Comes et advocatus*, *de Morith*, *Hugo et filius ejus Hugo de Taufers*, *Wilhelmus de Dietinhaim*, *Heinricus Lantfridus*, *Magins*, *Adelhalmus*. Acta Anno dominicae incarnationis 1140. Ego *Reinbertus Brixinensis* servus.

Nro. LIV.

Reinbertus praesul dotat asceterium Wiltinense, variisque privilegibus fovet. 1140.

In nomine sancte et individue trinitatis. *Reinbertus Dei gratia Brixinensis Episcopus* omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum etc. Ex paterna sollicitudine nobis subditarum ecclesiarum honori consulentes, et utilitati canonicorum praecipue *Wiltinensium*, quorum locum, et personas non me-

diocriter fovere curavimus, scire volumus tam praesentis aetatis, quam futurae posteritatis fideles, quod nos omnem nostram judiciariam potestatem ab antecessoribus nostris episcopis usque ad nos *in territorio Vuiltinenſi*, vel *Houemarcha* devolutam, scilicet a termino singulariter usque ad locum *Etzeinstain*, et in *Vallem* flumine *sullae* usque ad medium, quam hactenus cum omni proprietate dictos terminos posita rationabili debeamus dilecto fratri *Vuiltinensi*, legitimeque sibi succedentibus abbatibus, vel Praepositis inperpetuum conferimus, nihilominus statuentes, ut ipsi judiciariam potestatem modis omnibus personaliter libere foveant, et regnent potenter: ita videlicet, ut nullus judex provincialis cujuscunque judiciariae potestatis infra terminos contradictos praeter voluntatem ipsorum quicquam ordinare vel tractare praesumat, aut judicare, volumus quoque ob majorem ipsius ecclesiae libertatem, ut nullus supradictorum judicum in homines dictae ecclesiae *Vuiltinensis* sive sint *de familia*, sive *in praediis residentes* pro quocunque excessu, aut insolentia absque consilio abbatis et consensu, vel vices suas gerentis in praejudicium libertatis ecclesiae supradictae hanc judicare sive casus sit homicidii, vel vulneris, ut qualiscunque eventus infra terminos prae notatos, si vero contigerit, quod fur in ipso strictu cum furto deprehensus fuerit, furtum quodlibet, cui ablatum est, sicut jus est, et consessus abbatis exegerit, reddatur, et fur nullatenus *judicio provinciali*

plectendus tradatur, sed sicut ipsum *Cingulus suus* continet, procul a districtu *Vuiltinensi* pellatur, ne super livem propter ora loquentium iniqua, si provinciali traderetur potestati, *Vuiltinensis* libertas notabilis haberetur, nequis autem omnem supradictam traditionem, vel libertatem nullatenus infringere, vel ecclesiam sancti *Laurentii* in bonis et personis suis praesumat infestare, auctoritate Dei omnipotentis sub Anathemate prohibemus, et hanc confirmationis et donationis paginam fecimus conscribi, et manu propria subscribentes sigilli nostri impressione fecimus insigniri, et ut hae nostrae traditiones robustiores habeantur testes per aurem sunt attracti *Arnoldus comes*, *et advocatus de Morith*, *Hugo et filius ejus*, *Hugo de Taufers*, *Vuilhalmus de Utenhaim*, *Landfridus*, *Magins*, *Adelhalmus*. Acta Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo XL. Ego *Reinbertus Brixinensis* servus.

Arnoldus comes et advocatus de Morith.
Hugo pater, et filius de Taufers.
Vuilhalmus de Utenhaim.
Landfridus Magins.
Adelhalmus.

Nro. LV.

Reinbertus fundator, limites neo erectae porochiae Wiltinensis determinat. 1141.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis *Reinbertus* Dei gratia *Brixinensis Episcopus*, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum; quoniam hominum in oblivionem distenditur memoria, oportet, ut inculcetur memoriae scriptis et testibus facta digna memoriae: cujus rei de causa notum esse volumus omnibus hominibus praesentem paginam legentibus, vel legi audientibus, quod urgente nos divina charitate destinavimus ad petitionem dilecti filii *Marquardi* abbatis dilectum nostrum *Vuilonem Archipresbyterum, et canonicum Brixinensem ad partes Aeni, fines et terminos* ab adjacentibus ecclesiis *Vuilletinensem* Parochiam dividendis curiosius requisitos certis scriptis nobis notificandos, ne propter incuriam plebanorum debeat, aut possit imposterum inter ipsas ecclesias altercatio suboriri: verum quoniam sicut prudens indagator diebus constitutis vicinas ecclesias accedens ab honestis et discretis earundem plebium viris juramento constrictis subscriptos fines, et terminos *Vuiltinensem* parochiam pleniter attingere didicit, et ultra non procedere sufficienter intellexit: a monte qui dicitur *Phlanters*, et a *lacu minori* in sede dicti montis in directum usque ad montem *Erren et Villerthal*: item a monte *Planters* et

a lacu contra orientem ad locum qui dicitur *Fuder-velle* quem locum respicit ex opposito lapis *Milstain* in Campo *Omeras*, a lapide *Milstain*, ad confluentiam aquarum *Süllae* et *Aeni* inferius illum locum, qui dicitur *singelare* ab hoc termino inferiori dictorum fluminum usque ad lapidem ultra Viam *pirchuochemrem* posito cacumen ipsius montis respicientem a lapide *pirchuochemrem* usque ad duos lapides sibi in publica Via sursum contra *Cirle* cohaerentes, qui *Comitiam* et *districtum inferioris*, et *superioris Vallis dividere noscuntur*, a dictis lapidibus trans flumen *Aeni* utra *Michelnveld*, et montem, qui dicitur *Purtels* usque ad medietatem montis Castri *Vellenberch*, a dicto castro deorsum versus Orientem ad lapidem in superficie montis *Campunii* jacentem usque *Gasteige*, et rivum *Gerhartspunt*, a dicto *Gasteige*, et rivo, usque torrentem *Milnars* de vertice montis usque ad fluvium *Rustram* decurrentem, nos igitur *Vuiltinensem* ecclesiam a nobis utcunque plantatam pro debito nostro fovere et ampliare cupientes, quod quid infra praescriptos fines, et terminos juris nostri fuit, et ad manus integre tenebamus in majoribus dicimis, et minoribus in silvis et campis, in villis et vicis, in communitatem novalibus, in quaesitis et non quaesitis, in praesentiarum cultis, et in futurum colendis ad perpetuos usus dilectis ejusdem Ecclesiae fratribus sine omni contradictione contulimus, firmiter adjicientes, ut si quispiam ministerialium vel alio-

rum hominum *Brixinensis* ecclesiae de allodiis suis, sive de rebus mobilibus Deo et beato *Laurentio* per remedium suarum animarum ad saepius nominatam ecclesiam conferre maluerint, liberam habeant facultatem: et ut haec adnotatio praescripta finium et terminorum deinceps notior et decimationum donatio firmior habeatur, appensione sigilli nostri praesentem paginam, adhibitis subscriptis testibus roboramus, hujus rei testes sunt, *Arnoldus comes et advocatus de Morith*, *Hugo et filius ejus Hugo de Taufers*, *Henricus nobilis de Stauffe*, *Vuilhelmus de Utenhaim*, *Landfridus Magins*, *Adelhalmus*, *Ministeriales domini Marchionis de Andechse*, *Gottfridus de Schoenenberch*, *Job de Omras*, *Wolfterrigil de Mutters*, *Chuno praepositus de Phans de familia sancti Laurentii*, *Hermannus Ungarus Frimhart*, *et frater ejus Henricus Villicus*, *et alii quam plures*. Acta sunt haec Anno milesimo centesimo XLI. ab incarnatione Domini feliciter Amen.

Nro. LVI.

Idem eidem coenobio varias alpes, curtesque armentarias confert. 1142.

In Nomine Domini Amen. *Reginbertus Dei gratia Brixinensis ecclesiae Episcopus* omnibus Christi fidelibus Salutem in perpetuum. Cum nostrae curae pastorali certissime constaret, quod fratres, et *Ca-*

nonici Wiltinensis ecclesiae propter defectum alpium, et curtium *armentariarum* minime gaudere potuissent ob dei amorem, et reverentiam beati *Laurentii* Martyris cupientes in ipsis dictam inopiam relevare de majori Consilio canonicorum et ministerialium *Brixinensium* amputantes nobis de reditibus episcopalibus contulimus ecclesiae *Wilthinensi* perpetuo fruendum montem Alpium *Senders* in introitu montis ab utraque parte rivi, in sinistra scilicet a dimidio *Rulönaer*, in dextra vero ab extremo *Strittingen Tonaer*: in utroque latere usque ad intimum locum *Vallis*, et apicem montis, licet vulgo dicitur *Perchunde Thal* dictae ecclesia sine omni differentia contulimus intendentes insuper augmentare res et possessiones dictorum Canonicorum in subsidium ipsis profuturum contradimus eisdem montem nostrum Malusinum ab interiore *Bamsenpach* ab una parte Rivi, et ab altera parte arivulo dividentem *Strittigen Tonaer* scilicet in utroque latere usque in cacumen montis, qui dicitur *Vernaer* ne autem per aliquem hominem erraturam protensio praedictorum terminorum irrueretur, quia labuntur a memoria, quae sine testium et sigillorum experimento aguntur, placuit eosdem terminos sigilli nostri firmamento confirmare, quod hujus negotii causam satis competenter a viris veridicis ejusdem Parochiae *Auchsumes* veram esse didicimus: idcirco etiam subscriptos testes, qui audientes interfuerunt, innodamus, qui tales sunt *Reinbertus Diaconus*, *Wolferus Decanus*

Brixinensis, *Vuilo Archipresbyter Canonici Brixinensis ecclesiae*, *Arnoldus advocatus de Morith*, *Reinbertus de Velles*, *Burchardus de Sebene*, *Fridericus et Arnoldus de Rhodanchis*, *Rutbertus de Reifenstain*, *Gotschalcus*, *Vuernherus Wolftrigilus*, *Tageno* ministeriales *Brixinenses*. Acta sunt haec ab Incarnatione Domini, Anno MCXLII coram testibus praenotatis etc.

Nro. LVII.

Henricus Dux Saxoniae vendit Wiltinensibus locum Villetis, *circa* 1150. 1. *Februarii*.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, *Hainricus Dux Saxoniae*: Si ecclesias Dei defensare, et aliquibus nostris rebus ditare curaverimus remunerationem aeternam, et coelestia pro terrenis nos recepturos esse minime dubitamus. Ea propter simul etiam in remissionem peccatorum nostrorum, nec non in remedium animae *Patris nostri* bonae memoriae *Hainrici Ducis*, et *Matris nostrae Gertrudis* curiam nostram, quam *haereditario jure* in loco, qui dicitur *Villetis* possidebamus, beato *Laurentio* Martyri obtulimus et fratribus inibi Domino famulantibus in stipendium contulimus, ipsamque praedictam curiam, quam ab *Episcopo Brixinensi in feudo* habebamus, in manus ipsius ad praedictos usus resignavimus, recepimus autem ab ipsis confratribus

Sextuaginta libras Augustensis et *Ratisponensis monetae*: accepit etiam ante nos *Patruus noster Vuelfo* super eodem negotio viginta libras ejusdem monetae, et ante ipsum *Mater nostra* triginta libras. Ut ergo nostra contraditio, et ejusdem nostrae possessionis abrenunciatio firma, et inconvulsa permaneat in perpetuum bullae nostrae chartam praesentem sigillari praecepimus: testes etiam ejusdem facti eos, qui subscripti sunt, adhibuimus: *Ducem Vuelfonem*, *Ducem Fridericum*, *Comitem Adolphum*, *Gottfridum de Rumesperch ministeriales nostros*, *Annonem*, *Hainricum*, *Conradum*, *Manegothum*, *Billungum*, *Hilteboldum*, *item Hainricum*, *item Leopoldum*, *item Hainricum*. Actum *in Villa nostra Mamingen* KL. Februarii feliciter Amen.

Nro. LVIII.

Pia Guelfonis I. Boiorum ducis dona, asceterio Weingartensi facta, de bonis suis apud Mals in valle Venusta, Breitenwang in superiore Valle Oeni, Reitti et Immenstadt, item Ober Saulgen in Montanis.

(Neocrolog. Weingartense.)

E. V. Idus Novembris. *Welf Dux senior* hic sepultus qui dedit ecclesiam de *Berge* cum suis appendiciis. *Kepfingen*, *Bernriet*, *Stallinunriet*, *Obir-*

suligin et de silva *Forst* necessaria ad ignem, ad aedificia, et ad victum porcorum. *Ramuogin* predium juxta *Breitinwanc*, et aliud apud *Malles*, et predium *in venusta valle* a quodam *Bertolfo* sibi traditum, predium apud *Immenstade*, *Steinipach*, *Buchse* et *Routie*.

a) Egregie probat diploma hoc, *Guelforum* in montanis nostris possessiones longe lateque diffusas, ademtis etiam, quas *Welfo* senior, *Etichoni* filio notho contradidit, quaeque *Henricus Caesar Guelfoni* bavaro rebelli abstraxit. *Mals* oppidum haut ignobile vallis venustae, 26. Martii 1799. a *Gallis*, ducibus *Dessolles* et *Lechi*, atrocia *Vandalorum Hunnorumque* patrata superare conantibus, succensum. *Forst*, prope *Lanna*, vallis athesinae, dinastia Comitibus a *Brandis* subjecta. *Breitenwang*, vicus juxta oppidum *Reitti* hic *Routie*, ad confinia *Tyroleos* et territorii *Augustani* nunc *boici*. Idem erat „*Breduwanc*, in silva inter *En*„*num* et *Lycum*" ubi Imperator *Lotharius*, 3. Decemb. 1137 in vilissima Casa diem obiit, teste *Anonymo Weingartensi*, de *Guelfis* principibus. Chronographus *Saxo* vocat illud *Breduwanc*, Chronicon vero montis sereni *Bredinam*. *Immenstadt* oppidum trans *Arulam* montem, ditionis Comitum de *Königsegg* nunc quoque austriacae. *Ober*-*Saulgen*, et *Bernried* vicina *Bojorum* loca.

Nro. LIX.

Concambium Welfonem II. inter Bavariae ducem et Vineam monasterium, de bonis hujus apud Naturns in pago Vintschgau, illius apud Stadeln, Nidingsweiler, Steptheim etc.

1109.

Anno Incarnationis Domini millesimo centesimo nono, *Guelfo Dux in peregrinatione defunctus*, et a quodam cui nomen Christianus defunctionis sue anno VIIII. reportatus est. Quem *filius suus Guelfo dux* in hoc *Altorfensi* Monasterio multis honestis personis praesentibus honorifice tumulavit, et in ipsa tumulationis hora pro anima sua Patrisque et Parentum huic Ecclesie in proprietatem tradidit hec loca: *Steptheim*, *Stadelen*, *Hicilineswillare*, *Nidingeswillare*, cum omnibus appendiciis, id est, utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et reditibus, terris cultis et incultis, aquis, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, et omni utilitate, quae inde provenire poterat: et locum qui dicitur *Winthage* et dimidietatem Capelle que est in Suburbio *Ravensburg*. Ab eodem quoque Duce *Gwelfone* emimus partem, quam habuit in vico qui dicitur *Hagenova*. Item ab eodem duobus candelabris pretiosissimis et viginti sex talentis dimidietatem loci qui dicitur *Owa* comparavimus, cujus alteram partem a

fratre ejus *Henrico* duobus mansis, qui sunt *Alegedorf* mutavimus. Ipse autem a nobis predium quod habuimus in loco qui dicitur *Naturnes et est in pago Vinsgowe* mutavit, et quod habuit ad *Walthusen* et *Nahzaha*.

a) *Naturns* villa, ad confluentes *Athesim* et Schnalserbach, dynastiae *Meranensis*.

Nro. LX.

Donationes Adelheidis Eppanensis et ejusdem mariti Alberti tyrolensis, ad ecclesiam brixinensem.

(Ex libro traditionum Brixinensi.)

Brixinensis Ecclesiae Comes, nobilitatem sortitus Adalpreht, dilectione *Conjugis sue Adalhaid*, famulam suam, super altare SS. *Ingenuini* et *Albuini* dedit in manus *Decani*, *ecclesiaeque custodis Kadalhoh*, eo tenore, ut quotannis in natalitiis praedictorum sanctorum V. denarii exsolvantur.

Nobilis vidua Adalhaid uxor quondam Comitis Adalberti tradidit *per manum filii sui Adalberti Comitis*, *Regimberto episcopo Brixinensi* et ejus ecclesiae super altare Sanctorum *Ingenuini* et *Albuini* quaedam bona. Testes nobiles, *Heinrich*, *Luitprand*, *Friderich*, *Wolftrigil*, *Wernherus*.

Nro. LXI.

Arnoldus Comes de Mareith et Greifenstein, una cum Conjuge Adelheide monasterio Novacellensi fodinas argenti in monte Villanders donat.

(Ex arch. Neustiftensi.)

Circa 1140.

Noverit ecclesia, quod *Comes Arnoldus de Greiffenstein et uxor ejus Adilhaid*, Sancte Marie in *Novacella*, *montem Argenti Villanders* a) tradiderunt. *Aderonthi: Olricus* de *Sines* et *filius ejus Oudalricus*, *Fridericus* de *Outinheim* et miles ejus *Bertholdus*, *Albertu* de *Puosincheim* et *Claviger* suus *Oudalschalcus*, qui testes facti sunt.

a) Villanders, locus ecclesia parochiali insignis, *Tridentinae Dioeceseos*, ad dexteram *Isarci* ripam. Produxit jamjam in lucem chartulam hanc *Cl. Jos. Baro* de *Sperges* in historia fodinarum tyrolensium.

Nro. LXII.

Gerhohus Reichersbergensis Praepositus, Henricum Leonem Boiorum Saxonumque ducem, ad vindictam contra Eppanenses Comites Fridericum et Henricum, qui legatos Pontificis Hyacinthum et Henricum, pacis praecones, captivaverant, provocat. 1158.

(Pezii Cod. dipl. histor. epistolaris.)

Glorioso et victorioso *Bavariae ac Saxoniae Duci Henrico, frater Gerhohus de Richersperge* devotas orationes cum fideli obsequio. Quousque, Princeps nobilissime, tua fraudabor notitia simul et *gratia* tali *tam familiari, qualem in conspectu Patris tui habui, qui me Pusillum licet, tanta principis gratia et amicitia indignum, dignatus est habere* inter gratos et *amicos*, non eos, qui dilexerunt sua, non ipsum, sed eos, qui sine ere dilexerunt ipsum? Inde illi familiares collocutiones mecum de salute animae suae, de statu et honore Sanctae Dei ecclesiae. Nam de saecularibus ad ipsum pertinentibus illi abundabant consiliarii, filii hujus saeculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua, quemadmodum tuae quoque Nobilitati nobiles abundant adstipulatores, quorum prudenti consilio tractes negotia mundana. Mihi vero de salute animae tuae, de statu et honore sanctae Dei ecclesiae Tibi aliqua suggerere

suggeritur a Spiritu illo, ut credo, qui suggerit nobis omnia, quaecunque dixerimus utilia, salubria et vera. Et quippe spiritus veritatis, qui docet omnem veritatem, et quae ventura sunt, anuntiat in se credentibus, ut et ipsi annuncient ea se audire volentibus. Iste nimirum Spiritus veritatis in scripturis veritatis annuntiavit bona et mala per Reges ac Duces bonos vel malos ecclesiae Dei eventura, que jam partim, sicut audivimus, ita et vidimus in civitate dei nostri, dum exemplo *David* regis, *Ezechiae* ac *Josiae* Regum bonorum sanctorum *Machabaeorum Judae*, *Jonathae*, *Simonis* quidam Reges ac Duces templum Dei, quod est ecclesia, honoraverunt, et exemplo *Salomonis* aedificaverunt, vel etiam coronis aureis ornaverunt faciem templi sublata inde spurcitia spiritalis Antiochi.

Verum tamen faex ejusdem spurcitiae nondum est exinanita. Propterea tales duces optamus, qualis fuit *Judas Machabaeorum* dux egregius et predicto *Antiocho* Regi penitus contrarius. Nam ille templum Dei profanavit, iste mundavit, et coronis aureis ornavit: ille Sacerdotium vendidit, iste venditorem expugnavit, et emptores de Sacerdotio exterminavit: per illum ceciderunt multi de Populo. Dum *Te studiose intento ad vindictam malefactorum*, laudem vero bonorum pax est in populo. Peramplius autem et perfectius laude dignum est, *quod concordiam inter Sacerdotium et regnum studes confirma-*

re pro qua causa diligentius peragenda Te vocante, Te mediante venerunt Legati Apostolicae Sedis tamquam cives Apostolorum illuminare patriam, portantes pacem. Sed ipsi non invenerunt in via pacem: quia inciderunt in manus praedonum crudelium, contra quos O Princeps nobilissime, utendum tibi est ea potestate, quam tibi Deus contulit ad vindictam malefactorum. Verum tamen quia in omnibus pavenda et cavenda est ira Dei omnipotentis, quae omnino est ineffugibilis, hoc tuae prudentiae fidelissime suggero, *ut in ducendo exercitu cimiteriis et ecclesiis Deo sacratis tutelam provideas, atque a pauperum vexationibus, et oppressionibus milites et Scutiferos, quantum praevales, compescere studias,* ne *laeticia* magna, quae dei gratia favente per te facta est in populo, vertatur in tristitiam, quod Deus avertere dignetur, qui et tibi vindictas justas exercenti semper sit propitius, et inimicis tuis inimicus. Caetera celsitudini tuae per meam parvitatem suggerenda, si tamen dignaberis me audire more paterno, in tempus opportunum reservo.

Nro. LXIII.

Donatio Ottonis et Chuonradi Comitum de Valeja ad Parthenonem Sonneburgensem.

(Circa 1160. Ex archivio dicti Coenobii.)

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus quod ego *Oddo* et *frater meus Chonradus Comites de Phaley*, in *Mullenwalt* loca Campestria et silvestria *a Rochenwant usque Bucenbach* super altare S. *Mariae* in *Sunnenburg* ratione Concambii tradidimus. Loco cujus dimidium mansum in *Hetheningen* suscepimus, quod quidem *Pater noster* ante nos fecerat, sed nos ut ratum et inconvulsum permaneret, iteravimus. Cui rei interfuerunt bone opinionis viri: *Arnoldus de Sconeggen*, et quidam de ministerialibus nostris, *Adalbero* de *Gesenpach* — et quidam Ministeriales Sancte *Marie.* — Hoc autem factum est sub *imperatore Friderico*, *Adalberto Tridentinam*, *Hartmanno Brixinensem* gubernante Ecclesiam, *Beatrice in Sunaburg Abbatista* existente. Januarii diebus celebratis.

Nro. LXIV.

Fundatio hospitalis Sterzingensis, dotante Hugone Nobili de Taufers, et uxore sua Adelhaida comitissa. 1241. Mense Junio.

(E membranis urbis Sterzingensis.)

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Jesus: Siquis autem superaedificaverit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lignum, stipulam, unius cujusque opus manifestum erit et propriam mercedem recipiet secundum suum laborem.

Quapropter pateat tenore praesentium, generationi, quae ventura est, nec non ei, quae nunc est, quod *Nobilis vir Dominus Hugo de Tuvers et Uxor sua Adelhaidis nobilis Comitissa* ad honorem Dei, omniumque Sanctorum suorum fundaverant hospitale apud *Sterzingen juxta parochialem ecclesiam* in honorem sancti spiritus, ut ibi pauperes decem amodo recipiantur, et sustententur charitative, ad quod pietatis opus inchoandum promiserunt se daturos centum marcas argenti, vel decem marcas in bonis redditibus in remedium et remissionem omnium peccatorum suorum, antecessorum suorum et heredum. Ut autem haec donatio facta sit a festo S. *Martini* proxime venturo ad

annum, obsides dederunt septem in manus domini *Egnonis* venerabilis *Brixinensis Electi*, qui juraverunt semper ad futuros, quod si dicta pecunia vel redditus ante dictum terminum dicto loco non fuerit soluta et assignata, praeposito venerabili et Decano *Brixinensi*, ac praeposito *Novacellensi* recipientibus pro dicto hospitali et resignanda ad ejus promotionem tempore opportuno, quod intrabunt Civitatem *Brixinam*, ab inde non exituri, donec dicta solutio ad integrum facta sit. Die exibunt et in nocte se resignabunt in civitate. Et isti sunt domini *Ottocharus* de *Tuvers*, *Perchtoldus* dictus *Pfaffele* de *Utinhaime*, *Chuonradus* de *Phalzen*, *Chuonradus* de *Utinhaim* *Albertus Zant* et *Heinricus* de *Sluominge* ac *Petrus* de *Velseke*. Item ad dictum opus pietatis promovendum *Illustris Comes Albertus de Tyrol* dedit pro remedio animae suae, suorumque antecessorum et heredum curiam unam sitam in loco qui dicitur *Aicha juxta Tyrol* cum omni proprietate, quam habuit in eadem et ejus pertinentiis nominatim ibi praecipiendam habebant copiam ligni, ad refocillandum se per calorem ejusdem ignis et paleam sufficientem ad repastinationem corporum suorum, et quae dicta Curia obligata fuit Ministeriali suo *Chuonrado* cognominato *Vuchselino* pro quinquaginta marcis promisit eam redimere a festo Nativitatis proxime venturo ad annum, ad cujus certitudinem fidei jussores, principales debitores dedit, D. D. *Arnoldum* de *Rodank*, *Hartmannum*

Tarrandum et *Henricum* de *Matrei*, qui similiter data fide domino *Egnoni Brixinensi electo* promiserant intrare *Brixinam* Civitatem, si dicta redemtio et solutio facta non fuerit ante terminum praescriptum, ab inde non exituri, donec pecuniam dictam, non solvant, et si unus eorum forsam moreretur alii solvere tenentur, unusquisque sicut eum contigit hoc pro redditibus dederit in *Wiptal* ad hospitale praedictum, quod ex tunc *Curia* in *Aicha* ex soluta sit sibi et heredibus suis. Praeterea Dominus *Egno Brixinensis Electus* dedit ad praedictum Karitatis opus cum consilio et consensu Capituli et Ministerialium meliorum Ecclesiam S. *Marie* in *Wiptal* apud *Sterzingen* et absitam, in integrum ab omni censu, quem Domini Canonici *Brixinenses* in eadem antea habuerunt, in omnibus et per omnia sibi et suis successoribus spirituali jure retento — et quod ab episcopatu dictum hospitale; nec per aliquem possit alienari, et si provisor dicti hospitalis, quiscunque fuerit pro tempore, forsitan non esset idoneus, id negligens, aut dilapidator, alius per dominum Episcopum *Brixinensem* instituatur idoneus atque bonus.

Ut autem haec supradicta firma maneant in perpetuum atque rata scribi complacuit cum scriptura contineat fidem rei gestae atque muniri sigillis. D. D. *Egnonis Brixinensis* electi et Capituli et Comitis *Tyrolensis* et D. *Hugonis* de *Tuvers*, cum te-

stium subnotatione. Testes omnes superius notati D. D. C. C. *Heinricus* noster praepositus, *Ulricus* de *Lajano*, *Perchtoldus* de *Azenich*, *Wilhelmus Archidiaconus*, *Heinricus* de *Niebpurch Albertus* et *Gotschalcus* de *Aicha*, *Chuonradus* de *Griezze*: Item Ministeriales: *Wilhelmus* de *Aichach*, *Werinherus* de *Schenkinberch*, *Albertus* de *Voitsperch*, *Heinricus Brixinensis*, *Ekkardus Garro*, *Arnoldus* junior de *Rodank*, *Berchtoldus Schafe*, item Ministeriales Comitis *Tyrolensis*, *Engelmarus Tarantus*, *Berchtoldus Trautsun*, *Berchtungus* de *Maise*, *Chuono* de *Laudeck*, *Otto* de *Eschinloche*, *Chuono* de *Matrey* et alter *Chuono*, *Hainricus* de *Freundesperch* et alii plures atque *Ulricus Vincho* de *Taufers*. Actum A. D. 1241. Indict. 13. nono intrante Junio.

Nro. LXV.

Litterae fundationis, variarumque donationum piarum atque traditionum asceterio Sanctae Mariae ad Gratias Novacellae factarum. Circa 1142.

(Ex Archivio novacellensi.)

Cum omnia, quae pro divini cultus amore, ad communem salutem et utilitatem fidelium ordinantur, perpetua stabilitate debeant inviolabiliter observari, ut nec successione temporum, nec tergiversatione malignantium, qui bonum publicum ad pri-

vatum nituntur trahere commodum, valeant immutare, ea tamen maxime, que pro augmento religionis et Apostolice vite in Ecclesia Domini statuuntur ab omnibus fidelibus, et precipue ab his, quos Dominus in specula Ecclesie posuit, propensiori cura tueri, et uberiori gratia foveri et diligentiori debent sollicitudine promoveri. Nam humani generis inimicus ea maxime turbare, et impedire nititur, perque sibi majus incommodum auidere posse suspicatur. Unde ne vel in oblivionem venire, vel etiam in dubium valeant revocari, ea, que Dominus per ministros suos in primordiis hujus Ecclesie operari dignatus est, quoniam in libro cordis retinere non possunt, cum omnium habere memoriam divinitatis pocius sit quam humanitatis, presentis scripti pagina posteritati nostre transmittimus, ut gratuite bonitati Dei referant gratias pro gratia, et utimortalis apud eos sit in benedictione memoria eorum, qui huic operi pietatis operh et operam impenderunt. Cum venerande recordationis *Hartmannus* Episcopus circa inicia sui Episcopatus sepius anxiaretur, quod nusquam circa *Brixinensem* civitatem religiosa domus haberetur, hortari cepit *Reginbertum Brixinensis Ecclesie Ministerialem*, *Sabionensem Castellanum*, ut de mammona iniquitatis sibi faceret amicos et *filio suo unico*, quem rerum suarum relinquere cupiebat heredem, Christum faceret cohaeredem, videlicet, ut pro receptione pauperum domum faceret hospitalem. Cumque super hoc verbo predictus *Re-*

ginbertus deliberaret, et hoc sibi maxime obstare videretur, quod difficulter tantum patrimonii sui filio suo subtrahere posset, Dominus volens aspera facere plana, turbato mortalitatis ordine filium de hac luce subtraxit. Quod audiens *Beatus Hartmannus*, intellexit Dominum voti sui *Cooperatorem* existere, et quasi accepta oportunitate diligentius instare cepit, ut semen verbi Dei, quod adhuc infirma radice quasi tenera herba pullulabat, usque ad maturam protraheret segetem. Divina itaque inspiratione et *Beati Hartmanni* exhortatione ad hoc inductus est predictus *Reginbertus* ut non tantum *hospitalem Domum*, sed et monasterium *in honore Dei Genitricis* construere vellet, in quo canonicorum regularium secundum regulam *Beati Augustini* communi vita viventium collegium institueretur. Cumque de loco Monasterii diu dubitatum esset, tandem Domino preparante certum receptaculum viatoribus, peregrinis, indigenis, alienigenis et omnibus necessitatem pacientibus, licet *in loco horrendo et inculto*, positum est *in capite omnium platearum, ut undecunque venientes habeant, ubi caput reclinent*. Idem vero *Reginbertus*, quicquid in eo loco, in quo Monasterium cum officinis suis nunc situm est, habuit, cum *Uxore sua Cristina* Beate Dei Genitrici tradidit ad usus fratrum ibi Deo servientium, siquid vero ibi erat, quod adjacentibus villis et vicinis commune erat, auctoritate Beati *Hartmanni*, et approbatione *Arnoldi Advocati Comitis de Mo-*

rit, et *Comitum de Tirol Alberti et Perhtoldi*, nec non fidelium et Ministerialium *Brixinensis* Ecclesię, eț eorum, qui aliquid juris in eo habebant, communi voluntate penitus ab omni servitute et obnoxietatę vel jure communionis exemptum est, et gloriose *Virgini* collatum. Preter hec *Regenbertus* et Uxor ejus dederunt eidem domino, et fratribus ibi servituris undecem höbas: in loco, qui dicitur, *Pocharn* Tres: in loco, qui dicitur *Punits* et *Colles* duas: in monte *Elves* unam: apud *Eurenbach* duas: in *monte Lajan* unam: in *valle Sarentin* duas. Huic donationi interfuerunt Canonici Majoris Ecclesie, et *Comites de Tirol Albertus et Perhtoldus*, *Comes Chuonradus et frater ejus Gebehardus Comes*, *Bernhardus de Wilheim*, *Volcmar de Raite*, *Hartman de Stainhart*, *Gotefrid de Anedorf*, *Pabo de Luterbach*; de Ministerialibus vero aderant *Walther*, *Ruopreht*, et frater ejus *Wolschalch*, *Friederich* et frater ejus *Arnolt*, *Werenher*, et fratres ejus *Purchart*, *Reinpreht Willehalm*, *Egeno*, *Goteschalch*, *Meginhart*, *Otaker*, *Werenhere*, *Tagino*, *Lantfrit*, *Ortolf*, *Hunpreht*, *Reinhart* et alii plures. Acta sunt haec Anno Dominice Incarnationis MCXLII. Gubernante romane Ecclesie Apostolatum *Innocentio Papa* Reverentissimo, tenente vero romani Imperii Principatum *Chunrado* Rege gloriosissimo. Beatus quoque *Hartmannus* attendens, quod pie desiderium voluntatis sacerdotalibus est adiuvandum studiis, non passus est tante pietatis opus sine adjutorio sue liberalitatis procedere, et pro reverentia sancte Dei Geni-

tricis et augmento religionis tradidit eidem Monasterio sub omnibus fere eisdem testibus, cum consensu *Brixinensis* Chori et *Advocati Comitis Arnoldi* et Ministerialium mansum unum apud *Rodenesperch*, huobam apud *Bach*, et fere dimidiam apud *Lusenam*: agros quoque et prata in campo *Brixinensi* et mancipia, que fuerant beneficium cujusdam *Ingrammi*, ut sic cooperator existeret verbo et opere. Idem etiam Pater piissimus piam et providam gerens solicitudinem, ne ea, que ejus exhortatione et auctoritate feliciter initiata et consummata fuerant, alicujus in posterum possent versutia vel violentia retractari, eandem ecclesiam sue sanctitatis privilegio munivit, per quod fratribus ejusdem Ecclesie plenam potestatem libere electionis concessit, videlicet, ut liceat eis absque ullius contradictione secundum Dei timorem Prepositum eligere, qui tamen Episcopo representatus investituram Prepositure per manum ipsius accipiat, et ei debitam subjectionem et reverentiam fideliter exhibeat. Sed et alia sue largitatis beneficia eidem Ecclesie contulit, que inspecto et perlecto eodem privilegio facile est cognoscere. Nec tamen hoc contentus fuit, immo ne relinqueretur facultas suis successoribus extenuandi in aliquo vigorem sui privilegii, ipse a Domino *Papa Innocentio* super his omnibus sue confirmationis privilegium postulavit et impetravit, videlicet ut romane Ecclesie auctoritate firmarentur, de cujus auctoritate omnium Ecclesiarum pendet autoritas. Et, ut

in his, qui letantur in rebus pessimis, et exultant, cum male fecerint, ubique malicie sue aditus excluderetur, postea a Domino *Friderico Romanorum* Imperatore sue Imperialis Magnificentie privilegium obtinuit, per quod ipse predictam Ecclesiam cum omnibus, que ei ejusdem Ecclesie fundator *Reinbertus* dederat, vel Beatus *Hartmannus* vel quicunque fidelium vel quaecunque tunc juste vel possidebat, vel postea habitura erat, in suam Imperialem Tuitionem accepit, et his omnibus sui autoritatis plenissime robur accomodavit.

Quicunque igitur predicte ecclesiae possessiones mobiles vel imobiles invadere, vel jura ejus in aliquo perturbare presumpserit, vel eam in aliquo molestaverit nisi penituerit, et digne satisfecerit, expectet vindictam a domino, de injuriae genitricis suae, noverit etiam super se venturum judicium sine misericordia pro eo, quod offendit matrem misericordiae; in manus etiam apostolicae ultionis se incidere non ambigat, et reum lese imperialis majestatis se cognoscat, et beati *Hartmanni* maledictionibus se cum Judae Traditore obnoxium esse sciat. Pacem autem ejusdem ecclesiae diligentibus gratia et pax a domino multiplicetur. Quidam ministerialis de *Brixina*, nomine *Waltherus* tradidit quoddam praedium in *Plaiken* pro remedio animae suae et parentum suorum, ita ut post mortem suam primum in possessionem prefate ecclesiae transiret. Testes, qui et supra. Eodem die sub hisdem testi-

bus tradidit *Werenherus* de *Velles* predicte ecclesiae pro remedio animae suae predium, quod habuit *Luzine*, scilicet mansum unum, et duo novalia. Hujus tradicionis testes sunt, qui et superius.

Noverit ecclesia, quod quidam ministerialis nomine *Waltherus* de *Brixina* delegavit super altare S. Mariae in *Novacella* predium, quod habuit *Zimian*, pro remedio animae suae, et, ut filia sua *Elisabeth*, que *sub regula* beati *Augustini* communem vitam duceret, et quidquid in predicto loco, in vineis et in agris habuit, filie suae et predicte ecclesiae contulit. Hujus rei testes sunt, comes *Albertus* et frater ejus *Perhtoldus* de *Tyrol*, *Reinbertus de Sebene*, *Rupertus de Stylves*, *Fridericus* et frater ejus *Arnold de Rodenchen*, *Dietmar*, *Gebure et Megenhardus de monte*.

Sub eisdem testibus delegavit idem *Waltherus* praefato monasterio pro remedio anime filii sui *Goteschalchi* et omnium parentum suorum, quidquid habuit in *Plaichen* tam in cultis quam incultis.

Nro. LXVII.

Ludovicus Bavariae dux monasterium S. Georgii in singularem protectionem suscipit.

1270. 12. Febr. Actum *Aibling.*

(Ex Archivio *Brixinensi.*)

Ludowicus Dei gratia *Comes Palatinus Renj.* Dux *Bauariae.* Universis ministerialibus judicibus et officialibus suis gratiam suam. Noveritis, quod Abbatem et Ecclesiam *sancti Georgii in montanis* sitam in nostre specialis gratiae recepimus pariter et tutelam volentes indemnitatibus ejusdem ecclesiae et Abbatis favorabiliter providere. Mandamus igitur vobis universis et singulis sub obtentu nostre gratiae. Firmiter injungentes, ut dictum abbatem et ecclesiam suam in bonis et hominibus a malignis conatibus quorumlibet violentiis nostro nomine defendatis nec ipsam ecclesiam propter debita vel delicta suorum hominum impignorari vel gravari aliquatenus permittatis. Datum in *Aibling* Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo II. Idus Februarii. (Hoc diploma non ab authentico, sed ex libro descriptum est, cui titulus: Die Freyheit und ander fürstlich und kaiserlich Begnadung Sand Jorgn Berg betreffendt. Manu Seculi XV. exeuntis aut omnino XVI. intrantis, non admodum adcurata.)

Nro. LXVIII.

Ludovicus Bavariae dux, concambium Bertholdum inter Istriae Marchionem, Bertholdum Meraniae ducem ejus filium, et Wiltinense coenobium, de locatione Fori trans Pontem Eni positi ratihabet.

Actum 1210. Indictione XIII.

(Ex Archivio *Wiltinensi.*)

† In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Ludovicus Bavarie dux* omnibus christi fidelibus feliciter. Amen. Quecunque venerabilis antiquitas precedentium patrum ob piam memoriam ecclesiis vel monasteriis aliquibus contulerit, subsequens posteritas diminuere vel alienare non debet. Quoniam igitur *Bertholdus* illustris *Marchio istrie*, et filius ejus *Bertholdus* dux Meranie et *istrie Marchio*, hujus quoque filii *Ekebertus*, *Otto et Hainricus*, hereditario jure sibi succedentes, contractum et concambium, de locatione fori trans *pontem* eni positi, firmum et ratum cum fratribus *Wiltinensis* cenobii ad eritanda gravamina, et dissensiones habere statuerunt, consensum *H. Brixinensis* episcopi et canonicorum ejusdem ecclesie, nec non ministerialium utriusque partis sub fido testimonio adhibuerunt. Cum ergo jurisdictio prescripti fori cum omnibus suis per-

tinenciis, et alie plereque possessiones predictorum nobilium virorum quedam donatione Imperialis Majestatis domini nostri *O. Imperatoris*, quedam quoque contractu venditionis ad nos devolute sint, omnia jura, quae fratres *Wiltinenses* cenobii et in dicto foro et in aliis possessionibus ad nos devolutis apud illos habuisse noscuntur, statuimus eis, et censemus apud nos et nobis successuros heredes, inviolata et inconvulsa observari. Constituimus ergo, sicut et ab antiqua preconstitutum fuit, ut si pons quecunque casu dilapsus fuerit, portus fluminis cum suis proventibus *Wiltinensi* cenobio absque contradictione deserviat. De theloneo fori talentum accepte monete annuatim circa festum *B. Martini* predictis fratribus solvatur. Item tres domos et earum habitationes, cum omni jure fundi et jure fori, predicti fratres illibata et quieta habeant possessione, molendinum juxta forum non ad voluntatem predictorum fratrum nulli liceat construere, nemo quoque forensium alibi preterquam apud ipsos molere presumat. Ecclesia forensis ex predio ad nos devoluto in dimidio mansu dotata ab omni nostra exactione immunis, predictis fratribus deserviat. Ministeriales nostri liberam habeant facultatem conferendi praedia sua coenobio, concedimus eis etiam libertatem utendi ex nemore, vel campis vel aquis sub nostra jurisdictione quantum necessitas expostulat. Item omnia bona in nostra sita dictione longe vel prope posita, et eorum incole, nullam nostri juris

sustineant exactionem. Ministeriales nostri apud claustrum placitare non praesumant. Si quis fruges, vel prata fratrum leserit, et inclamatus negare nequiverit, damnum integrum restituat, deinde XII. numos fratribus persolvat et totidem judici. Clausura sepium et agricultura omni tempore pacis gaudeant observantia. Ita et prata a festo *S. Georgii* usque ad festum *S. Michaeli* debita pace letentur. Item Prefectus forensis Sextus juret, *Wiltinensem* ecclesiam, et cuncta in hac regione ad eam pertinentia sub pacis federe tueri. Idem faciat Praefectus exterioris, ut haec omnia inviolata permaneant. Mansus in Vico *Omeras* saepe dictis fratribus in manu Domini *Odeschalci* de *Ufelndorff* delegatus est hac conditione, ut, si quid prescriptorum a quoque violatum fuerit, verbi gratia, ut si quispiam forensium vel aliorum nostrorum hominum eos gravaverit, scilicet ut si alicui furtum diripuerit, justi judicis plectatur vindicta, et si praefati judices illam, qualiscunque sit, causam decidere non voluerint, et ad nostram audientiam dilata fuerit, et si nos querimonie ipsorum infra sex hebdomadas secundum aequitatem justiciae non satisfecerimus, mansus ille in proprietatem prefate perpetuo cadat ecclesiae, sicut jure jurando est sancitum. Hujus autem innovationis et confirmate habitationis testes sunt hi *Ludovicus dux Bavariae*, *Rapoto comes Palatinus*, *comes Eberhardus de Dornberch*, *comes Otto de Valaye*, *comes Conradus de Moseburch*, *comes Chuhlhoch de*

Khirichberg, *comes Sifridus de Liubenowe*, *Conradus de Hortburich*, *Sifridus Schaf et Otto*, nepos ejus et frater ejus *Ulricus*, *Berchtoldus de Frauenhofen*, *Olricus Chamerarius de Taufkirchen*, *Alhars de Prisingen*, *Liwart de Tegrimbach*, *Berchtoldus Pincerna*, *Conradus de Beierbrunne*, *Conradus de Friunsperch*, *Otto de Welfesperch*, *Rudolfus de Waldecke*, *Hermannus Fouler* et frater ejus *Trideherus*, *Hainricus Halensis*, et *Albertus* frater ejus *Rudolphus de Altdorf*, *Henricus de Stubaie.* Ad majus et evidentius robur hujus innovationis, praesentem paginam facimus conscribi et impressione sigilli nostri communiri. Haec autem acta sunt anno domini Incarnat. 1210. Indict. 13. Regnante *Ottone* imperatore 1mo anno.

Nro. LXIX.

Ebbo Ozziacensis praesul, causa cadit erga monasterium Novacellense, de bonis quibusdam ex traditione comitis Engilberti praedicto asceterio concessis.

(Ex Archiv. Novacellensi.)

Actum *Villaci* 1197. 15. Aprilis.

Ebbo Ozziacensis a) coram *Eberhardo Brixinensi* b) *Electo*, *Volrico* de *Villa S. Martini*, *Gebehar-*

do Brixinensibus canonicis, *Hainrico* camerario presbytero, *Sifrido* canonicis *Gurcensibus*, *Hainrico* praeposito de *Owe* et ejus concanonico, *Otagro et Friderico* ejus servientibus, *Gerungo* plebano de *Veldes*, c) *Gotschalco* juniori de *Rishacho*, *Alberto* de *Rischon*, *Hainrico de Chele*, *Ottone de Dietinhaim*, *Heinrico de Niwenburch*, *Albano de Velturns*, *Gebehardo* juniore de *Howensteine*, *Stephano de Villach*, *Wolfhero* filio domini *Gotliebi*, *Pilgrino Florentino*, *Ludovico et Rudolpho monachis Ossiacensibus*, *Hernando de Liesenhofen* — — pro septem marcis *Frisacensis monete* renunciavit omni juri, quod habere credebat super praediis secus *castrum Chiemburc*, d) *apud ecclesiam S. Joannis Baptistae*, e) *silva*, *que fratres Novecelle ex traditione comitis Engilberti* f) *excoluerunt* — — affirmans hanc pecuniam a *Conrado* praeposito *Novecelle*, coram *Henrico* praeposito de *Owe etc.* sibi solutam esse. Actum *Villaci* 1197. Indict. XV. 16. Calendas Maji.

a) Ossiach, *Asceterium* insigne ordinis *S. Benedicti in Carinthia.*

b) *Eberhardus Brixinensis Electus*, nobilis de *Truchsen*, *e Carentanis*, *Henrici* successor, 1200 *Archinysta Salisburgensis* effectus est.

c) *Veldes* locus *Carniolae* e donatione *Henrici* Caesaris ad ecclesiam olim *Brixinensem* spectans. Nobiles

erant atque ministeriales ecclesiae *Brixinensis* Familiae, de *Aichach*, *Reischa*, *Kehlburg*, *Diettenheim*, *Velthurns*, *Neuenburg*, *Hauenstein etc.*

d) Castrum *Chienburg*, Kienburg ad fluvium Isl, ditioni subjacet *Salisburgensi*, ad confinia nostratis dynastiae *Lonciensis*, versus *Windischmatrey*.

e) Hodie nomen est huic loco: St. Johann im Walde.

f) Comes erat *Goeritiae Engilbertus* et Aquilejensis advocatus, beneficus erga *Novacellenses* circa annum 1171.

Nro. LXX.

Donatio Juthae de Naiffen, Brunoni Brixinensi episcopo facta de bonis suis in superiore Valle Oeni.

(Ex Archivio Brixinensi.)

Actum *Seben* 1259. 5. Febr.

In Nomine Domini Amen. Quoniam omnium habere memoriam, et in nullo penitus peccare cernitur potius angelicum quam humanum, scripturae beneficium a patre luminum emanavit, ut ea quae fiunt in tempore a recordatione mortalium propter temporis diuturnitatem non labantur. Hinc est,

quod universis et singulis tenore praesentium patere debeat, quod illustris domina *Jouta filia quondam Comitis Gotfridi de Marstetten* abrenuncians omni juri, quod ei in jurisdictione et possessionibus ac proprietatibus circa *novum Castrum, scilicet sancti Petri superioris vallis Oeni, ratione haereditaria* competebat, illud totum jus dans in manus *mariti sui*, *nobilis viri domini Bertholdi de Nifen*, ut ille haberet hujusmodi possessiones seu proprietates disponendi ac divertendi, pro ipsius arbitrio plenam facultatem et hoc in praesentia multorum proborum virorum jam dicta *Jouta* faciebat. Videlicet comitis *Conradi* de *Kirchberg*, *Henrici* nobilis viri de *Eberthal*, *Wolfhardi* nobilis de *Hasellach*, *Heinrici* de *Vispach*, *Wernheri* de *Narrenholz*, *Hermanni* de *Blaichen*, *Wollai et Bertholdi de Veun*, ac aliorum. Postmodum vero *idem* dominus *Bertholdus accedens montana* ac jurisdictionem, proprietates, possessiones sitas circa jam dictum *Novum Castrum* et *Awenstain antiquum locum munitionis super fluvio dicto Ez*, *S. Patronis Ingenuino* et *Albuino* ecclesiae *Brixinensis* donavit libere et absolute perpetualiter possidenda. Quam donationem recepit Ven. dominus *Bruno* Episcopus, qui tunc illi Ecclesiae praesedit, et illam donationem ordinaverat, valde fideliter, sicut adhuc ecclesia *Brixinensis* gaudere videtur. Ut autem praelibata ecclesia haec tenere debeat et possidere, nequis illam possit imposterum gravare saepe dictus dominus *Bertholdus* promisit stare et re-

spondere siquis ecclesiam eandem de supra dictis proprietatibus impetere vellet aut gravare, donationem quoque praescriptam et promissionem, ad standum juri, suo sigillo in hoc pagina confirmavit, rogans et efficiens, quod dominus *Chonradus* comes de *Kyrchperch* et suum paginae apponeret, propter majus robur firmitatis cum testium annotatione. Scilicet dominus *Chonradus* comes, *Chonradus de Raischen* Canonicus *Brixinensis*. *Hartmannus de Chyrperc*, *etiam* Canonicus, *Hartmannus* Capellanus, *Gotscalcus* plepanus de *Evis*, *Merahelinus* scriptor, *Hainricus de Vispach*, *Bertholdus et Chonradus* fratres de *Weun*, *Schwarzoclaviger*, *Otto Puzo*, *Choppo* et alii quam plures. Acta sunt haec A. D. 1259. Indict. II. in castro *Sabione*. 5ta die intrante Februario.

Nro. LXXI.

Imperialis confirmatio transactionis de Theloneo in Clamaun, factae Patriarcham inter Aquilejensem et Tyrolensem Comitem Henricum.

(Ex Autographo.)

Actum Vincentiae 16. Nov. 1184.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. Circumspecta imperialis providen-

tie sollertia conmendare consuevit litterarum memorie rationabiles, et favore dignos contractus, pactaque et conventiones fidelium suorum, ut ea que per conniventiam majestatis nostre statuta sunt, et firmata, nec posteritatis oblivio revocet in dubium, nec dolus tergiversantium reducat ea in difficultatem questionum. Ea propter cognoscat tam presens etas fidelium imperii, quam successura posteritas, quod dilecti ac fideles nostri *Gotefridus* venerabilis patriarcha *Aquilegensis*, et comes *Heinricus de Tyrols*, in hunc modum de conscientia et voluntate nostra convenerunt, quod predictus patriarcha prefato comiti in benefitio concesit medietatem *Thelonei* de *Glemun*, ita quod ipse comes et successores ejus illam habeant et possideant a patriarcha et successoribus suis, nec forum *salis* sive aliud forum publicum debet fieri vel haberi inter *montem crucis* et *Glemun*, et inter *Pontavele et Glemun*, et inferius *Glemun* circumquaque per miliare. Ad hec idem patriarcha promisit, quod bona fide, sine fraude, modis quibuscunque potest de ratione, forum apud *Glemun* promovebit. Ut autem haec inter predictos fideles nostros constitutio validum vigorem sue perpetuitatis obtineat, presentem inde paginam conscribi jussimus, et majestatis nostre sigillo muniri. Statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica audeat eam violare, nec aliquibus injuriis vel dampnis attemptare presumat. Quod qui fece-

rit, Lta. libras auri puri in ultionem presumptionis sue componat, dimidium imperiali camere, et reliquum injuriam patienti personae. Hujus rei testes sunt: *Otto* episcopus *Babenbergensis*, *Jonatas concordiensis* episcopus, *Gotefridus* imperialis aule Cancellarius, *Rodolfus* imperialis curie Prothonotarius, *Lodowicus* Lantgravius *Thoringie*, *Bertoldus* Marchio de *Andechs*, comes *Heinricus de Altendorf*, comes *Heinricus de Lichelgemunde*, *Heinricus* Burgravius de *Ratisbona*, *Conradus* Burgravius *Norenbergensis*, *Heinricus* Marschalcus de *Lutra*, *Rodulfus* Camerarius, et alii quam plures. Datum *Vincentie* Anno Domini incarnationis, MCLXXXIV. Indictione, III. XVI. Calendas Decembris Amen.

Nro. LXXII.

Rudolfus comes de Montfort, ceu tutor puerorum sororis suae de Matsch, renuntiat juribus in bona Comitum de Mosburg in montanis, et in specie Vallis Venustae.

(Ex Archivio Oenipont.)

Actum apud Laas 10. Febr. 1283.

Solent gesta hominum diuturnitate temporum variari, nisi scripture testimonio roborentur. Notum sit itaque universis tam presentibus quam futuris,

quod spectabilis dominus *Rudolfus* comes de *monte forti tamquam tutor puerorum sororis sue de Amazia*, pro ipsis nepotibus suis absentibus, et *Ulricus* nobilis advocatus de *Amazia*, presens, renunciaverunt et cesserunt, simpliciter, omni juri et actioni, quod vel que in Castro in *Eurs*, et omnibus hominibus atque bonis bone memorie domini *Cunradi comitis* de *Mosiburch* sitis in *Montanis*, cultis et incultis, quesitis et non quesitis, ex hereditate vel alio quocumque modo eisdem advocatis, competiit vel competere videbatur, promittentes spectabili viro domino *Menhardo* comiti de *Tirol*, stipulatione interposita pro ipsis advocatis et eorum haeredibus, *quod ipse et sui haeredes* ab omni inpetitione, et actione, advocatorum et heredum suorum super predictis hominibus et bonis perpetualiter esse debeant liberi et *quieti*, *et quod Castrum in Eurs*, quod idem comes *Menhardus destruere debet per ipsos advocatos*, et heredes ipsorum non debeat aliquo tempore reparari, contra *predicti comitis voluntatem*, imo reedificationem ejus, si aliquis ipsum reedificare presumeret, debeant una cum ipso comite *Menhardo Tirolensi* prohibere totis viribus ac pro posse, in quorum omnium tesimonium atque robur presens instrumentum est Sigillis dominorum *Friderici* venerabilis Ecclesie *curiensis electi*, dicti *Rudolfi* comitis de *Monte forti*, *Walteri* nobilis de *Vacz*, *et Ulrici*, *advocati* predicti de *Amazia* roboratum. Testes sunt, domini, *Albero custos*, *Hainricus de Mazigen*, *Nanno*

de Marmorara. Canonici ecclesie curiensis, *Eberhardus de Aspero monte*, *Ulricus de flumens*, *Andreas de Marmore*, *Hainricus de Wangenberc*, *Ulricus de Wanprehtz*, *Rudolfus de Showenstain*, *Cunradus de Juvalt*, *Swigerus de Richenberch*, *Hainricus de Rotenburch*, *Hainricus de Marninga*, *Jacobus Trutsun*, *Berhtoldus Tarandus* milites, *Nanso de Ramuscia*, *Ulricus de Taplat*, *Henricus Burgravius de Parzhins*. *Eberlinus Burgravius de Mayse*, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXXXIII, die Mercurii ante festum *sancti Valentini* apud *Laas* indictione XI.

Nro. LXXIII.

Berhtoldus de Eschenlohe comes, bona sua in venusta et athesina valle Meinhardo Tyrolensi, Carinthiae duci resignat per procuratores suos.

Apud castrum Tyrol. 25. Novembris 1293.

Anno Domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo secundo indicione quinta, Die *Martis*, vigesimo quinto intrante Novembri supra castrum *Tyrollis.* In superiori Camera ante stupam Domini *Menhardi* dei gracia Illustris Ducis Carinthie et Comitis *tyrolensis*, in presencia Dominorum *Rudolfi* de *Ysinnga* notarii Domini *Menhardi* Ducis memorati. Magistri *Heinrici* de *Clusis* apud sabionam canoni-

ci ecclesie *Tridentine.* Magistri *Rudolfi* canonici ecclesie *Brixinensis*, *Conradi* militis de *Auuenstein*. *Henrici Griffonis* de *Matherai*, *Bucelini* de *Slanderspergo*, *Pauli* de *Sabiona*, *Sibotonis Thapiferi* de *Aurach*, *Ollini* de *Sceldenheim*, *Danchewardi* de *Strasfride*, *Arnoldi* de *Mezzo*, *Ruprehti* de *Kehspergo*, *Henrici Raffei*, *Bengonis* de *Florencia Monetarii* in *Merano*, atque *Conradi Mulhausarii* de *Mulhauser* et aliorum testium quam plurium Rogatorum. Ibique Dominus *Grimaldus Nobilis Vir* de *Sevelden* pro se ipso principaliter et pro heredibus suis quantum pro parte sua, et idem dominus *Grimaldus* et dominus *Hiltprandus*, *Perhtingarius* de *Perchtingen*, tamquam veri certi nuntii et legiptimi procuratores Nobilis viri domini *Berchtoldi Comitis* de *Esscenloch* pro parte altera ad infrascriptam vendicionem faciendam, secundum quod expresse continetur et contineri debet in uno publico Instrumento procuracionis, manu mei *Ottolini* notarii conscripto. Pretii Mille quingentarum et quinquaginta marcarum veronensium parvulorum, quamlibet marcam pro decem libris veronensium parvulorum Conputando. Quas Comenti Confessi atque manifesti fuerunt se manualiter Recepisse et in se habere, ab Illustri et potenti viro domino *Menhardo* dei gracia *duce carinthie* et Comite *Tyrollensi*. Renunciantes expresse exceptioni non numerate et solute pecunie et exceptioni doli mali quod metus causa infactum injuste cause et sine causa et omni legum auxilio. Eidem

domino *Meinhardo* Recipienti pro se et suis heredibus et ab eis causam habentibus Dederunt cesserunt tradiderunt et vendiderunt pro se et suis heredibus Induas partes hereditarias tocius hereditatis pro Indiviso, dividendo dictas hereditates in tres partes nobilium virorum dominorum *Henrici* et *Willigelmi* filiorum et heredum quondam Nobilis viri domini *Ezzelini* de *engna* et domine *Adeyleite* uxoris quondam dicti domini *Ezzelini* de *engna*, tamquam *Heredum* dictorum suorum patris et matris ut dictum est pro duabus partibus tocius eorum hereditatis, videlicet omnium castrorum, possesionum et quasi. Realium et personalium districtuum personarum cujuscumque Condicionis sint Honorum, fictorum, terrarum jurium Hereditatum Bonorumque universaliter omnium, et jurisdiciones jura possessiones et Bona omnia tam hereditaria quam per ipsos Fratres videlicet dominos *Henricum* et *Willigelmum* de *engna* aquisita in *flaono* et in illis pertinentiis, excepto castro et jurisdicione *epiani* et Hereditate de *Romano*. Que et quas ipsi Domini *Henricus* et *Willihagelmus* de *engna* et quondam eorum dicti parentes Habebant et visi sunt habere et habuisse possidere et possedisse, et quasi, uno anno *ante ultimam guerram, quam dictus dominus dux carinthie habuit cum predicto patre eorum* et cum ipsis tam *in episcopatu tridenti*, quam alibi ubicumque sint vel Inveniri possint. Que castra possessiones et quasi, jurisdiciones, Reales et personales Districtus personarum

cujuscumque Condicionis sint, Honores, ficta terras jura hereditates et Bona universaliter omnia, Prefati domini Comes *Bertholdus* de *Esscenloch* et *Grimoldus de Sevelden* nobiles viri, emerunt a predictis dominis *Henrico* et *Willigelmo Fratribus Nobilibus de Engna*, secundum quod lucide et expresse continetur et contineri debet in quodam publico Instrumento manu meii *Ottolini* notarii infrascripti conscripto et Confecto. Quorum Castrorum possessionum et quasi jurisdicionum Realium et personalium, Districtuum personarum cujuscumque Condicionis sint, Honorum fictorum terrarum Jurium, Hereditatum, et bonorum universaliter omnium, cum omnibus suis juribus racionibus et accionibus et pertinenciis, et ipsis pertinenciis adjacentibus prefato illustri viro domino *Menhardo* dei gracia *duci carinthie*, stipulanti et Recipienti pro se et suis heredibus et ab eis causam habentibus ipse dominus *Grimoldus* de *Seuelden* pro se principaliter et pro sua parte, et ipse idem dominus *Grimoldus* una cum prefato domino, *Hiltprando Perhtingario* tamquam veri certi et legiptimi nuncii et procuratores per memoratum dominum *Bertholdum* comitem de *Esscenloch* specialiter ad hoc deputati et Constituti pro se et suis heredibus dederunt cesserunt tradiderunt mandauerunt atque emancipaverunt Omne suum jus omnesque suas Raciones et acciones Reales et personales Corporales et Incorporales utiles et directas tacitas et expressas ac mixtas, quod et quas Ha-

bent et visi sunt habere et habuisse in eis jure proprietatis et quasi, possessionis, et quasi, et cum omnibus juribus et accionibus drictis fictis pensionibus accessionibus et cum omni causa in integrum dictis juribus et bonis venditis pertinentibus et ad jacentibus, et cum omnibus suis superioribus et inferioribus introitu et exitu, stillicidiis juribus eundi et redeundi corporalibus et incorporalibus, visibilibus et invisibilibus, et cum omni capulo et passculo, *Herbatico*, pisscatione et venacione, et cum arboribus vineis nemoribus montibus terris cultis et incultis, et specialiter et generaliter cum omnibus suis directis modis servitutibus juribus Condicionibus et aliis racionibus et causis. Predictis bonis venditis et cuilibet eorum pertinentibus, ita quod ipse dominus *Menhardus* Dei gracia *dux carinthie* emptor prelibatus et sui heredes et ab eis causam habentes predictis bonis possessionibus et juribus predictis et omnibus et singulis predictorum uti et frui possint, et jure predicto venditionis ex inde omnem suam facere utilitatem et voluntatem. Asserentes Dicentes et affirmantes predicti domini *Grimoldus* et *Hiltprandus Perhtingarius* procuratores prelibati domini *Bertholdi Comitis* de *Esscenloch*, et procuratorio nomine pro eo, et ipse dominus *Grimoldus* principaliter pro se ipso, predictas res possessiones jurisdiciones hereditates et bona venditas et vendita ac jura predicta suas esse, et nulli alii persone Cesisse vendidisse distraxisse vel aliter alienasse nisi prefato domi-

no *Menhardo duci carinthie* et eorum heredibus pro ut superius Continetur., et de ipsis Bonis et hereditatibus et juribus venditis Nullam fraudem comisisse nec in futurum comittere in prejudicium predicti domini emptoris et heredum suorum vel habencium seu habiturorum causam ab eis seu aliorum emencium. Et si dicta Possessiones et quasi, jurisdiciones Reales et personales, Districtus personarum cujuscunque condicionis sint honores ficta, terre, jura hereditates et Bona universa plus dicto precio valerent vel in futurum valebunt, Predicti procuratores domini *Grimoldus* et *Hiltprandus* procuratorio nomine pro ipso domino *Bertholdo Comite* de *Esscenloch*, et ipso dominus *Grimoldus* principaliter pro se ipso eundem dominum emptorem videlicet dominum *Menhardum* spectabilem *ducem carinthie* stipulantem et Recipientem pro se et suis heredibus, et ab eis causam habentibus investituerunt jure et nomine pure et mere simplicis et irrevocabilis donationis que dicitur *inter vivos* que amplius Revocari non pos it infringi, aut irritari maneria aliqua ingenio sive causa ingratitudine aliqua vel offensa magna vel parva. Renunciantes expresse racioni dupli et quod non valeant dicere se fore lesos vel deceptos ultra dimidiam justi precii, nec petere restitutionem in integrum causa decepcionis dupli vel alterius cujuslibet cumque cause et legi dicenti Donationem ultra quingentos aureos sine insinuacione factam non valere, et de jure Revocari posse, set dixerunt et vo-

luerunt quod tantum valeat et teneat ipsa donacio ac si facta et sinuata foret coram pretore et civitatis Rectore seu judice ordinario inperium merum habente. Constituerunt namque predictum dominum emptorum nuncium et procuratorem in predictis et quolibet predictorum ut in rem suam, ut ita directe possit agere petere defendere, causari experiri et omnia facere in predictis quem ad modum prefati domini *Bertholdus Comes* de *Esscenloch* et *Grimoldus* de *Seuelden* facere poterant in judicio et extra judicium, Promittentes namque dicti procuratores procuratorio nomine sepe dicti domini Comitis *Bertholdi* de *Esscenloch* pro se et suis heredibus pacto stipulacione firmato, nec non et ipse dominus *Grimoldus* pro se principaliter et pro suis heredibus Prefato domino *Menhardo duci Carinthie* emptori predicto pro se et suis heredibus stipulanti et Recepienti et ab eis causam habentibus, omnia et singula predictorum *Defendere* et *Warentare* cum racione et exspedire juxta Consuetudinem et morem terrarum in quibus eadem Bona sunt sita, vacuamque possessionem tradere et ab omni persona et omni parte Collegio et universitate et qualibet persona eclesiastica et seculari sub pena dupli dicti precii vel boni Cambii in consimili loco seu locis in electione predicti domini emptoris et ejus heredum et ab eis causam habencium, et sub pena dampni interesse et exspensarum quas faceret et sustineret pro predictis omnibus et singulis predictorum Defendendis vendi-

candis et manutenendis in judicio et extra judicium. Constituentes se dicta bona hereditates jurisdiciones honores et jura possidere vel quasi possidere pro dicto domino duce emptore precario, Donec ipse dominus dux emptor vel habentes causam ab eo aprehenderint et ingredientur corporalem possessionem et quasi de predictis omnibus et singulis predictorum dantes eidem emptori licenciam quod sua propria auctoritate Corporalem possessionem et quasi quandocumque voluerit possit apprehendere de predictis, cui precarie possessioni per pactum Remiserunt expressim, ex quo corporalis possessio et quasi, per predictum emptorem vel habentes causam ab eo de predictis fuerit aprehensa. Renunciatis et Refutatis omnibus exceptionibus et Remediis quibus clauditur de evictione Regressus, et omnibus aliis juribus et accionibus comunibus et specialibus sibi contra predicta conpetentibus vel competituris. Que auxilia et omnia alia appellacionem quoque per pactum remiserunt expressim. Et si constaret aliqua de predictis Castris possessionibus et quasi jurisdicionibus districtibus personarum Honoribus fictis terris juribus, hereditatibus et bonis venditis, seu donatis in feodum ab aliquo episcopo seu alio domino vel dominis detinere. Promiserunt predicti procuratores procuratorio nomine pro ipso domino *Bertholdo* comite de *Es;cenloch*, et ipse dominus *Grimoldus* de *Seuelden* pro se ipso principaliter et pro suis heredibus predicto domino emptori

stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et ab eis causam habentibus ipsum feodum seu feoda in eum vel eos a quo vel quibus de jure tenentur ipsa feoda Refutare, et ipsum emptorem et habentes causam ab eo, pro se et suis heredibus per eundem dominum seu dominos quandocumque et quocienscumque predicto emptori et habentibus causam ab eo et eorum heredibus se facultas obtulerit talia Requirendi petere investiri, et quod ad hoc adhibeant sine dolo et fraude omnem diligenciam et operam quam debent et poterunt adhibere, licet autem peticionem suam non sequatur efectus, hoc eis non debet aliqualiter inputari, dum tamen evidenter adhibeant omnem diligenciam quam debent et poterunt bona fide, omni fraude dolo vicio et malicia Remota.

Et insuper procurare et facere suprascriptos nobiles viros dominos *Henricum* et *Willigelmum fratres de Engna* et dominam *adeleytam* uxorem prefati domini *Henrici* qui predicta bona, castra jurisdiciones possessiones et quasi jura stricta honores districtus personarum et omnia et singula que in premissis continentur sepe dictis dominis comiti *Bertholdo* de *Esscenloch*, et *Grimoldo* de *Sevelden* tradiderunt cesserunt et vendiderunt, laudare ratificare et confirmare presentem contractum et omnia et singula in eo contenta in laude cujuslibet quem ipse dominus dux emptor eligere maluerit sapientis, et similiter quod domina *Sophya* et domina *Maria* soro-

res ipsorum dominorum *Henrici* et *Willigelmi* nobilium de engma prelibatum contractum et omnia et singula que in eo videbuntur contineri laudabunt ratificabunt et confirmabunt et eidem emptori et habentibus causam ab eo quandocumque fuerint requisiti cedent sua jura omnia si qua in predictis habent et videntur habere in laude cujuslibet sapientis quem ipse dominus dux vel habentes causam ab eo voluerint deputare, et jurare predicta omnia attendere et observare, et omni suo juri renunciare in laude sapientis predicti, juraverunt namque prefati procuratorio nomine pro ipso domino Comite *Bertholdo de Esscenloch* super ejus animam, et ipse dominus *Grimoldus* pro se principaliter ad sancta dei evangelia tacto libro, predicta Castra possessiones et quasi jurisdiciones Reales et Personales, Honores ficta terras jura hereditates et Bona universa predicto domino emptori venditas et vendita seu donatas nulli alii persone vendidisse dedisse distraxisse vel aliter alienasse nisi predicto emtori ut superius dictum est, et de ipsis nullam fraudem comisisse nec in futurum comittere in prejudicium dicti domini emptoris et habentium seu habitorum cansam ab eo, seu aliorum emencium, et presentem contractum et omnia et singula in eo contenta firmum et firma et rata habere et tenere omni tempore et inviolabiliter observare, et non contrafacere vel venire per se nec per aliquam interpositam personam, nec inferenti consentire aliquo auxilio comuni vel singulari

cui, auxilio et omnibus aliis auxiliis sibi contra predicta competentibus vel competituris per predictum juramentum et pactum renunciaverunt expressim. Pro quibus omnibus et singulis atendendis et observandis predicto domino emptori recipienti pro se et suis heredibus et ab eis causam habentibus predicti procuratores procuratorio nomine prefati domini comitis *Bertholdi* de *Esscenloch* et ipse dominus *Grimoldus* de *Sevelden* principaliter pro se et suis heredibus omnia eorum bona mobilia et inmobilia presencia et futura jure pingneris obligaverunt et pro eo et ejus nomine se possidere constituerunt vel quasi, promittentes quoque virtute sacramenti prefati, se aliquo tempore non probaturos nec allegaturos per se vel per alium contra predicta vel aliquod predictorum pactum finem cessionem remissionem contractus simulacionem nec aliquid aliud quod eis venditoribus contra predicta prosit et parti alteri sit nocivum.

Ego *Ottolinus* domini *Henrici* Dei gratia episcopi *tridentini* et sacri *Pallacii* notarius predicte vendicioni et omnibus suprascriptis interfui et rogatus scripsi.

Nro. LXXIV.

Eberhardus Brixinensis episcopus litem dirimit inter fratres cenobii S. Udalrici Augustae, et quosdam nobiles de praedio in Pfaffenhofen.

(Ex archiv. Brixin.)

Actum Brixinae 1197.

Eberhardus Dei gratia *Brixinensis ecclesiae electus* omnibus Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse cupimus. Qualiter controversia quae jam diu versabatur *inter fratres S. Udalrici augustensis coenobii* et *inter Ernestum et fratres ejus Goteschalcum Brixinensis Ecclesiae canonicos et Henriçum tunc signatum*, nobis mediantibus est, terminata de praedio in *Pfaffenhofen*. Fratres praedicti monasterii ut omnis in posterum cesset infestatio praefatis impetitionibus eorum X talenta *augustensis* monete in praesentia *Brixinensium* canonicorum persolverunt, et ipsi, omni juri suo, quod in praedio praedicto habere fatebantur, in manus *Udalrici* sacerdotis ejusdem monasterii data fide renunciantes, finem fecerunt. H. r. t. s. cathedrales Canonici. Presbyter *Bernhardus*, *Udalricus diaconus*, qui et episcopi tunc camerarius, *Goteschalcus* subdiaconus, qui et ejusdem controversiae particeps fuit. *Gebehardus* acolythus, de laicis vero *Waltherus* miles de *aqua* — *Ulricus et Wernherus* fratres de *Verne*, *Albertus*

thelonearius de *augustensibus* vero *Gunther Stözere*, *Helmwich de Werde*. — —

Ut autem et hanc paginam conscribi — et eam Sigilli nostri impressione praecepimus insigniri. Actum *Brixinae*. Anno Domini 1197.

Nro. LXXV.

Litterae Donationis Henrici Comitis de Hörtenberch et filii ejus Henrici de Naiffen. 1282.

(Ex archivio Stambsensi.)

Ne facta hominum, quae transire debent, inter posteros a via veritatis, derivent, expedit, ut litterarum serie muniantur. Ea propter noverint universi, quibus exhibitum fuerit praesens scriptum, quod *Nos Heinricus Comes de Hörtenberch et Heinricus filius noster*, *dictus de Neiffen* in remedium animarum nostrarum et in spem retributionis aeternae, *judicium*, *quod apud monasterium in Stambs*, *ratione Comitatus nostri*, *habuimus ab antiquo*: et *teloneum aliudque quoddam jus*, *quod vulgariter Urvar dicitur*, praesentibus relaxamus, omnia ista juxta consuetudinem istius terrae ipsi monasterio condonantes libere et absolute, ut his omnibus libertatibus per nos et nostrum filium dictum monasterium gaudere debeat atque frui. In cujus — testimonium

praesens instrumentum — conscribi fecimus, et Sigilli nostri munimine roborari.

Acta sunt haec Anno Domini 1282. Indict. X.

Nro. LXXVI.

Literae venditionis Comitiae Hörtenberg, superioris vallis Oeni.

(Ex archivio Stambsensi.)

Actum Insbruck 1286. 3 Junii.

Nos Berchtoldus Comes de Eschenloch scire cupimus universos, ad quos perveniret scriptum praesens, quod de consensu et scientia, ac in praesentia *Comitis Henrici fratris nostri*, nec non *Comitis Henrici de Neifen patruelis nostri, comitiam in Hertenberch, quam a spectabili viro Domino Henrico Marchione de Burgau possedimus titulo feudali* cum universis et singulis bonis et possessionibus quaesitis et inquirendis, silvis, pratis, pascuis, venationibus, piscationibus, aquis et aquarum decursibus et specialiter hominibus, nobilibus, popularibus, bonis infeudatis, quae Mannschaft, vulgariter nuncupantur et aliis ad ipsam *Comitiam* spectantibus, quocunque nomine censeantur, et quae *in valle Eni, de jure vel de facto* titulo possidemus vel possedimus

qualicunque, *Domino nostro Mainhardo Illustri, Duci Carinthiae* et haeredibus suis vendidimus et tradidimus pro 700. marcis Veron: usualis monetae voluntarie et etiam absolute. Quam pecuniam numeratam nobis esse integraliter profitemur, ad preces etiam ipsius Domini nostri Ducis praedicti *Comitiam eandem in Hertenberch cum* suis juribus praenotatis viris nobilibus *Gebhardo* et *Henrico* de *Schengels* contulimus eo modo, quod iidem *Comitiam* praedictam nomine Domini Ducis et haeredum suorum teneant et conservent eo titulo, quod Tragen vulgariter nuncupatur, renunciantes pro nobis et haeredibus nostris *omni actioni in factum, et juri*, quae nobis in praedictis competebant, et competere videbantur. Insuper nos expressius obligamus, quod si praedicto Domino nostro Duci, vel haeredibus suis de Comitia et bonis per hos venditis aliqua actio moveretur, ex tunc sient ex nunc de evictione in solidum ipsis erimus obligati. In cujus rei notitiam et perpetuam firmitatem praesentem scribi litteram, et subnotatis sigilli testibus nostri ac praedictorum fratris et patruelis nostri munimine fecimus roborari. Testes sunt Dominus *Henricus* de *Rattenburg*, Dominus *Alto* de *Eben*, Dominus *Oh.* de *Thauer*, Dominus *Oh. Pincerna* de *Altenburg*, Dominus *Uto* de *Matrey*, Dominus *Ch. Gallo*, Dominus *R. Milsar*, Dominus *Geb.* de *Wer*, Dominus *Berch.* de *Egolningen*, Dominus *H.* de *Aue*, *Ulricus Vinsterenberch*, *Camerer*, *Reinhart Hettinger*, *Ulricus* filius

Henr, praepositi, *Otto Charlinger*, *Eberling Salzmann*, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in *Innsbruc* A. D. 1286. Tertio intrante Junio.

Nro. LXXVII.

Constitutio Capituli Sonnenburgensis, consentiente advocato, Episcopo Tridentino, abrogandi consuetudinem dimidiam colonorum haereditatem, Ecclesiae tribuendi. 1209.

(Ex archivio ejusdem Coenobii.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris. Quod cum *Coloni Sonnenburgensis ecclesiae, a fluvio, qui Salarbach dicitur, in Eniberg iniqua et colonis in circuitu eorum incognita consuetudine hac vexarentur, ut defuncto quolibet colono tota facultas ejus in duas aequas divideretur partes, quarum altera cederet Ecclesiae, altera viduae defuncti et Orphanis relinqueretur.* Omnes pariter ad praesentiam *Dominae Gysylae loci ejusdem Abbatissae* accesserunt *supplicantes ei, ac pro facultate sua pecuniam offerentes*, quatenus abolita hac detestanda consuetudinae, intuitu Dei et pro animae suae remedio, indulgeret eis, cunctisque pariter posteris suis, *totius provinciae uti consuetudine, ut videlicet mortuo viro bos unus detur ecclesiae, et quod reli-*

quum rei fuerit, *remaneat uxori defuncti ac pueris.* Cumque Domina abbatissa *consilium quaereret*: utrum petitio haec *Rusticorum* esset admittenda salubrius aut repellenda. *Consultum est ei a Dominabus sororibus suis*, *Ministerialibus et melioribus familiae*, consuetudinem hanc, quia ea laeditur proximus, offenditur Deus, quam etiam Laici ob sui perversitatem contemnunt, modis omnibus a religiosis et claustralibus propulsandam. Et dignum et salutare fore, rationique consentaneum, ut *provinciali jure in his sit contenta*, *et consuetudine*: atque de ipsorum esse ait consilio, ut haec rusticorum postulatio, quia a justo non discrepat, admittatur, et pagina confirmationis eis conscribatur, ut quod ab ipsa Domina Abbatissa rationabiliter actum fuerit, a malignis in posterum perperam non rescindatur. Et ut stabilius permaneat, dicunt *Conniventiam* Domini *Tridentini* Episcopi et Advocati per maxime fore necessariam. Unde cum assensus *Domini Frederici Tridentini Episcopi* super praedictis est requisitus, ipse utpote *discretus vir et pius* non solum benigne conniventiam praebuit, verum etiam ne ausibus malignantium, quod pie ac rationabiliter indulgendum proponitur, evellatur, auctoritate sua confirmavit, et praesentem paginam sigilli sui impressione communivit. Habita igitur *advocati conniventia*, Domina *Gysyla Sonnenburgensis Abbatissa*, *Episcopi Tridentini* autem freta cum consilio *conventus Sonnenburgensis*, *Ministerialium et familiae* memoratus

colonos et posteros a praemissa consuetudine solvit, *ut jure provinciae utantur*, et praesentem paginam, ut, quod gestum est, inconvulsum servetur, sigillo Domini *Frid.* Episcopi et Ecclesiae *Sonnenburgensis* sigillo roboratam tradidit. Actum Dominicae Incarnationis Anno MCCVIIII.

Nro. LXXVIII.

Codex Criminalium, Heinricum inter Brixinensem Episcopum et ejus advocatum Albertum Tyrolensem Comitem stabilitus.

(Ex arch. aulico Brixinensi.)

1229.

Anno Dominicae Incarnationis 1229. Indictione III. Haec est forma pacis facta per dominum venerabilem Episcopum *Hainricum Brixinensem* annuentibus et consulentibus Dominis Canonicis, scilicet Domino *Winthero praeposito*, et Domino *Henrico Decano*, et universo Capitulo, nec non et Domino *Alberto comite Tyrolensi ejusdem Ecclesiae advocato*, simul et universis ministerialibus Ecclesiae *Brixinensis a proximo die nativitatis Domini per triennium observanda*, sic juratum est a melioribus et majoribus, primum vero Dominus Eppiscopus simul cum comite fide data in manus Dominus *Henrici* Decani laudaverunt, quod quidquid Dominus Praepositus et Decanus et Comes et Dominus *Henricus* de

Tuvers, et Dominus *Frid.* de *Schöneck*, et Dominus *Arnoldus* de *Rodankh*, et Dominus *W.* de *Velthurns*, et Dominus *H.* de *Castelruth*, et Dominus *Wernerus* de *Schenkenberg* dixerint, et innuerint, ad hanc pacis formam observandam ratum habebunt et firmum et promovebunt, et ad invicem usque ad predictum terminum Dominus Episcopus et Comes fovebunt, et astabunt, et neuter alterum in hoc derelinquet sub eodem laudamento, et in juramento, neuter eorum nullum facere debet aliquam conspirationem altero nesciente, et Dominus praenominatis.

Isti sunt termini, infra quos haec pax debet observari *a Castro Nibenburch unus*, *ad Terminos Tridentini Episcopatus*, *et ex alio latere ad lacum in Mittenwalde*, omnes, qui in terminis his constituti, universaliter pacem hanc jurare debent. Quod siquis contra faceret, se termino sciente, extra pacem erit, et nemo illi pacem violabit omnis homo, quidquid proprietatis et feudi juste et rationabiliter quiete possidet, secundum formam justitiae possideant. Etsi vero ab aliquo impetitur, coram Judice conveniat, quod siquis non fecerit, pacem violavit. *Siquis aliquem occidit*, *si se juste et legitime defendendo personam suam expurgare non poterit*, *capite plectatur*. *Siquis aliquem vulneraverit*, *manu truncabitur*, si se similiter non poterit expurgare. *Si vero quis super his a judicio declinaverit*, *legitime citatus*, *Judex de omnibus suis se intromittet*, et

passo injuriam de his satisfaciet, et omnes, qui pacem juraverunt, illum persequantur. Si quis ab aliquo deprehensus fuerit, *judicio praesentetur*, *mercatores et viatores universi per stratam publicam pacem habeant et securitatem.* *Si* vero *aliquis illos offenderit*, *aut aliquid eis abstulerit*, *aut impignoraverit*, *judice non requisito*, *pacis violator erit*, *et tanqnam stratae ruptor punietur.* Unusquisque proprietates suas et feuda et omnia bona sua et honorem suum quiete possideat, et *si ab aliquo in his gravatur* indebite et contra justitiam, de hoc *coram judice querimoniam deponat*, *et si infra XV. dies reus commonitus* a judice *non satisfaceret injuriam passo*, *pacem violavit.* *Si aliquis inimicus est alterius*, *propterea ipsum non debet offendere in aliquo*, non gravare nec *captivare*, *nisi judice requisito.* Quod si quis faceret, pacis violator erit secundum statutum hujus pacis infra terminos praenotatos *nullus miles*, *nullus servus*, *nec aliquis alius*, *cultellum aut clypeum ferre debet praecautum aut lanceam.* Quod siquis fecerit, *agnita forma pacis*, *libras quinque Veronensis monetae* solvat. *Siquis deprehensus* fuerit *portans cultellum acutum in absconso manum perdet. Quicunque infra muros civitatis Brixin. sive alienus*, *sive indigena*, *gladios*, *cultellos*, *et alia arma in hospitio relinquat*, *quod si quis non faceret*, *eo monitus ab hospite* libras V. solvat judici. *Si vero hospes ipsum non admonuerit*, libras V. solvet. *Quicunque Brixinae nocte in armis deprehensus fuerit*,

aut aliquid violenter abstulerit, pacem violavit, *quicunque alium percusserit*, aut quocunque alio modo *laeserit*, *post effusionem sanguinis* lib X. solvat judici. *Omnis judex in suo districtu* praedictam poene *pecuniam recipiat.* Quicunque pacem juravit, si alicui abstulerit aliquid violabiliter *duplum reddat laeso et jndici tantum*, *quantum accepit*, laesus autem, praeterquam acceperit, non sibi debet aliquo modo vindicare, *sed judicia* et judicem requirere. *Omnis homo*, *qui potest arma deferre*, pacem juret, et omnes sive viri sive foeminae, pacem habeant. Postquam episcopus sub sigillo suo hanc formam pacis in quocunque loco notum fecerit, ab inde ad tres dies haec pax initium habebit. Quisquis *miles habens redditus XV. marcarum*, *ultra dextrarium*, infra Epiphaniam proxime venturam habeat cooperaturam. Similiter quisquis Servus habens in redditibus ad XV. marcas, et in domo propria hospes existit, infra praedium terminum habeat dextrarium cum cooperatura, quod si non habuerit, consimili poena punietur. Quisquis miles v. servus equum suum vendiderit, infra dies XV. alium habere debet.

Nro. LXXIX.

Forma pacis publicae Berhtoldum inter Brixinensem Episcopum et Albertu Tyrolensem Comitem.

(Ex archivio aulico Brixinensi.)

Augustae. 1221. 3. Martii.

Hoc est forma compositionis factae inter Dominum *Berchtoldum Brixinensem Eppiscopum* et *Albertum* comitem *Tyrolensem. Comes Tyrolensis destruere debet infra quindecim dies duo castra Lambert et Raspinsteine in damnum Brixinensis ecclesiae et publicae stratae noviter aedificata.* Item comes *Tyrolensis* assignare debet domino *Hugoni de Niffen*, *turrim in castro Matrei*, quam ipse H. tamdiu in potestate sua tenebit, donec coram *romano rege*, vel domino *H. de Niffen* inter episcopum *Brixinensem* et *H. de Matrei* lis super eadem turre amicabiliter, vel secundum justitiam terminetur. Sic etiam quod dominus H. *in gressu litis*, turris, habeat *possessionem*, sicut prius. Ut autem comes *Tyrolensis* praemissa sine ambiguitate aliqua producat ad effectum: feudum suum, quod tenet ab ecclesia *Brixinensi* in manus episcopi renunciavit sub tali conditione, quod si castra non destruxerit, nec terminos signaverit, ipsum feudum episcopo et ecclesiae suae in perpetuum vacabit. Item comes *Tyrolensis*

et sui fautores rapinas, et universa damna facta eppiscopo *Brixinensi*, et his, et nominatim ex integro restituent in hunc modum, ut quaelibet persona, quae damnum intulit, praestito sacramento ipse in propria persona cum duabus aliis personis idoneis, et sine omni infamia aestimet quantitatem rapinae, et illud etiam injuriam passo restituat, episcopus et sui secundum dictum modum comiti *Tyrolensi* et suis satisfaciant versa vice. *Reinbertus de Vellis, et alii ministeriales Brixin. ecclesiae, qui in guerra comiti Tyrolensi contra dictum suum episcopum auxilium praestiterunt*, secundum ante dictam formam domino episcopo et suis et nominatim Clero Brixinensi, pro rapinis et dampnis illatis plene satisfaciant: vel pro eis comes si voluerit, pro damnis vero et injuriis, quae ministeriales *Brixinenses* domino suo episcopo ante notum guerram intulerant, ad arbitrium domini *Hugonis de Niffen* emendabunt. Comes *Tyrolensis* ministeriales *Brixinensis* ecclesiae contra dominum suum episcopum *calcaneum* exigentes nunquam aliquo tempore defensabit, nec apud se vel in aliis munitionibus receptabit, et forte requisitus consilium et auxilium penitus illis negabit. Item comes *Tyrolensis* nullum Ministerialem *Brixinensis* ecclesiae cum sua ministeriali matrimonium contrahere permittet: exceptis his, quorum patres erant comitis ministeriales. Qui autem eo invito vel ignorante contraxerint cum sua ministeriali, contra episcopum non defensabit eosdem, et super hoc

stabit ad episcopi voluntatem. Si *Otto de Welfsberg* sive filius suus sive sui episcopo vel suis dampnum vel injuriam fecerint, episcopus eos commonere debet ad satisfactionem, quam si exhibere neglexerint, episcopus ordine judiciario comitis *Tyrolensis* suffultus praesidio, eos ad id faciendum compellat. Demum pro supradictis firmiter adimplendis et observandsi saepe dictus, comes, fide data in manus *serenissimi domini regis* promisit, et tactis sanctorum reliquiis fide promissum servare juravit. Sane dicta satisfactio ante pascha resurrectionis primo venturum coram *Alberto de Niffen* est complenda, qui ad partes illas, loco domini *Hugonis de Niffen* destinabitur, cujus solius dicto stabitur et credetur, si ipse comes praescriptam compositionem fideliter adimpleverit, vel in parte aliqua neglexerit adimplere. Item dominus episcopus fide data in manus domini regis, loco juramenti promisit, quod erga comitem *Tyrolensem* faciet, quidquid ei *Hugo de Niffen* injunxerit faciendum, et comes e converso sub fide data et injuramento praestito promisit facere mandatum domini *Hugonis de Niffen* super omnibus, quae vertuntur inter eos. Praeterea episcopus sub fide data domino Regi et comes sub fide data et praestito juramento obligati sunt ad standum domini *H. de Niffen* arbitrio et voluntate a proximo pascha abinde ad quinque annos super omnibus controversiis, quae inter eos et suos emerserint utrobique. Testes hi sunt *Sifridus episcopus Augustanus*, *Heinricus Ab-*

bas Campidonensis, comes *Ernestus*, *Albertus et Berhtoldus de Niffen*, *Eberhardus de Achallm*, *Ulricus de Gundelvingen*, *Conradus Pincerna de Winterstetten*, *Eberhardus* frater suus, *Hildeprandus Marschalcus de Rechberg*, *Schwikherus de Mindelheim*, *Hildepoldus de Schwanegg. Cuonradus de Marenberg*, *Albero de Wangen*, et alii quam plures.

Actum apud *Augustam* Anno Domini Incartnat. 1221. V. Nonas Martii Indict. 9na.

Nro. LXXX.

Forma pacis privatae inter nobiles fratres de Baumkirchen et Heinricum Mühlhauser, *mediante comite Gebhardo de Hirschberg.*

(Ex collect. clariss. Putschii.)

Actum Innspruck 1254. 13. Sept.

In Nomine Domini, Amen. Evanescunt simul cum tempore, quae feruntur, nisi recipiunt ea testimonium et scripti memoria. — — Ideo patere volumus, quod *nos Dei gratia comes Gebehardus de Hirzberg et dominus Tyrolensis* tam praesentes quam futuros scire volumus, talem esse formam compositionis, *inter* dominum *Henricum Mühlhauser ex una, et Ottonem Henricum et Berchtoldum fratres de Baum-*

kirchen ex parte altera, quemadmodum in his litteris inaravi. Dominus *Henricus Mühlhausen*, *pro ereptione sua et solutione*, *cum ipsum dicti fratres de Baumkirchen captivassent*, tradidit nobis curiam suam in *Flaurlingen* cum accidentibus ad eandem pertinentibus, et emta proprietate sua, et hominibus subnotatis. Hac donatione itaque in nos facta, nos de manu nostra dictam Curiam et homines videlicet, *Alhaidem uxorem Conradi Sagittarii de Tauure*, quemdam, qui dicitur Gottesritter, et filium sororis ejusdem nomine *Ludovicum*, *pueros Leonis*, quos habuit per anteriorem uxorem suam *Alhaidem*, *Premon de Ausemus* ipsis fratribus *Otkoni*, *Hainrico et Berchtoldo* jure contulimus *feudali* in id supradictus dominus *Henricus Mülhauser* cessit juri suo, quod in bonis et hominibus per mortem domini *Hegenonis de Vragenstein* pie memorie ipsi videbatur contingere. Exceptis curiis 6, quas nominatim excludimus, hae sunt curiae in *Pranstetten*, due curie in loco *Vasche*, in *Düreke*, in *Magrendenbach*, et ne vobis ab ipso dicto *Henrico Mülhuser* pro captivitate ipsa, et gravamine sibi illato seu ab aliquibus amicorum suorum vindicta requiratur, ipse dominus *Henricus* sepe dictus *Milhuser* sepe memoratos tres de *Pömkirchen*, scuto legitimae pacis ac purae et verae amicitiae est osculatus, et eandem amicitiam nobis mediantibus contractam ratam et firmam sine fraude juramento promisit, ad majorem autem cautelam — — 6. amicorum suorum fide data juraverunt, quod neque con-

silio eorum neque auxilio ea amicitia infringeretur, qui sunt hi: *Domini de Sistrans*, *Conradus et Dietmarus et Otto* filius ejus, Dominus *Heinricus Stöckhel*, *Witilo de Taure*, *Hermannus de Taure*, juraverunt, ut praediximus eandem amicitiam observare. In hujus vero rei argumentum et legitime pacis et amicitiae observantiam et approbabilem firmitatem, hanc paginam subnotatione testium scilicet fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Testes sunt hi dominus *Hildpoldus* de *Swangau*, domini et fratres de *Vellenberch*, *Conradus et Ulricus*, *Conradus* filius ejusdem *Ulrici de Vellenberch*, domini et fratres *Hageno et Rudegerus de Matrey*, dominus *Ernestus de Vuembdingen*, dominus *Chuno de Uffenstein*, *Fridericus der Perchtinger*, dominus *Chuonradus de Oberntriwens*, *Mainhardus* gener ejusdem, dominus *Ulricus Praepositus Diezensis*, *Otto Haller*, *Eberhardus Maranser*, et alii quam plures *de civitate Insprucke*, et Familia nostra. Haec autem acta sunt Anno Domini millesimo CCLIV. Mense Septembri in vigilia exaltationis sanctae crucis die Dominico *in civitate Insprucke super solario pileatoris.*

Nro. LXXXI.

Henricus Novacellensis Praepositus pactum pangit emphyteuseos cum Rudegero Freytag.

(Ex archiv. Novacellensi.)

Actum Pfalzen, 21. Dec. 1259.

In Nomine Domini Amen. Nos *Henricus Dei gratia praepositus et Conventus Novacellensis ecclesiae apud Brixinam*, ad notitiam tam praesentium quam futurorum, praesens scriptum intuentium volumus pervenire, quod nos de communi consilio et consensu, *Rudigero fideli nostro*, *Feria sexta cognominato*, ob meritum obsequiorum suorum bene facere intendimus praecipue Dei et suae devotionis respectu in quodam praedio, apud *Erenburch*, *dicto Espan*, quod *jure precario*, *quod vulgo dicitur* Libgedinge possideat licite de nostro beneplacito et voluntate, et *in signum proprietatis inde libram piperis*, *in festo purificationis solvat annuatim. Et ne dictum praedium audeat vel debeat aliquo modo occupare*, *decrevimus*, *ut pater et mater sua*, *in eadem concessionis gratia sibi succedant*, *si ipsum viam universae carnis ipsis viventibus ingredi contingat.*

Acta sunt haec apud *Phallenz*, Anno Domini 1259. Ind. I. X. Calend. Decembris.

Nro. LXXXII.

Fridericus imperator ecclesiae Novacellensi, privilegium tribuit nundinarum apud S. Ottiliam in monte Ritten.

(Ex autographo Novacellensi.)

Venetiis, 1177. 21. Augusti.

Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper *Augustus*. Notum esse volumus omnibus Christi ac nostris fidelibus, quod Nos ecclesiae, quae dicitur *ad Gratias S. Mariae Brixinae*, intuitu ejusdem Beate Dei genitricis, ac pro salute nostra et pro felici statu imperii nostri, *mercatum in Villa*, *quae dicitur ad S. Ottiliam Lengenstaine in monte Rithen* habendum concessimus *cum omni forensi jure et utilitate*, quae inde provenire poterit, volentes et imperiali auctoritate statuentes, ut praefata ecclesia jam dictum Mercatum cum omni libertate absque cujusquam contradictione aut perturbatione ad suam ipsius utilitatem *et pro Deo peregrinantium commoditatem*, teneat et possideat. Quod ut verius credatur, et inconvulsum perpetua firmitate permaneat, praesentem inde paginam conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri. Data *Venetiis* A. Dominicae Incarnationis 1177. Ind. X. 5. Calend. Sept. Anno Regni nostri 26. Imperii vero 24. feliciter Amen.

Nro. LXXXIII.

Ultima voluntas Barhtoldi Chrellonis, e stemmate Trautsoniana.

(Ex Collect. Eggeriana.)

1278. 9. Februarii.

Ego *Berchtoldus dictus Chrello, in ultima voluntate constitutus, nec instinctus vel coactus*, sed instinctu divinae inspirationis amonitus, decrevi *testamentum subscriptum, coram viris idoneis ac fide dignis* ordinare, videlicet *coram Friderico de Welsperg et Ottone.* Primo *resigno Domino Episcopo Brixinensi*, omnia, quae habui *in obligationibus ab ipso, sita in Parochia Matray.* Item *libertati reddo Dominos de Kyemse in feudo*, quod habui ab ipsis in tertio anno videlicet unum, item lego *fratribus Minorum in Villaco* decem *Marcas Aquilegienses* et *ibidem eligo sepulturam;* item *ad Parochiam Villacensem* decem libras *Veronenses.* Item *Hartwico in Sterzingen,* quinquaginta libras *Veronenses.* Item *pictori ibidem commoranti* triginta libras *Veronenses.* Item *Dominae Richardi in Sterzingeu* quinque libras *Veronenses,* item *uni* Dominae *in Trens* decem libras *Veronenses,* item *Eckardo servo meo,* quinquaginta libras *Veronenses.* Item *ad Claustrum Willenten* triginta libras *Veronenses,* item *Eglario de Monaco* triginta libras *Veronenses,* item *teneor in Sterzingen, decem libras Veronenses de de-*

bitis minutis. Haec omnia rogo Dominum meum *Comitem de Ortenburg*, quatenus intuitu retributionis divinae de *Curia* posita *in Algunde* persolvat. Coetera vero *in pueros meos et successores* secundum discretionem et gratiam suam distribuat, et quod praesens testamentum permaneat illibatum, sigilli mei munimine roboravi.

Acta sunt haec Anno Domini 1278. In vigilia sancte Scholasticae virginis.

Nro. LXXXIV.

Constitutiones Mainhardi Tyroleos et Goericiae Comitis, oppidum Imbst, in forum et subsequenter civitatem evehere statuentis.

(Ex archivio Civico Imstensi.)

Actum in Stams 1282.

Nos *Mainhardus Tyrolis et Goericiae comes, aquilegiensis, Tridentinae et Brixinensis ecclesiae Advocatus*, universis et singulis praesentem paginam inspecturis, notum esse volumus; quod cum intentionis nostrae sit, *in oppido Imbst facere forum et subsequenter construere civitatem*, inter coeteras constitutiones, quas ad bonum statum et augmentum ipsius loci utiles et necessarias decrevimus or-

dinare, has sequentes volumus esse principales. Primo: statuimus et mandamus, *ut infra Mittenwald et Prutz depositio rerum, quae vulgariter* Niederlag *nuncupatur, in nullo alio loco, quam in ipso foro Imbst fiat, aut per alios visitetur*, Item *quod nullus Institor vel Mercator infra terminos Judiciorum Imbst, montis Sancti Petri, Landögg, sive Stanzerthal, Landögg, et Pfondes, res aliquas vendere vel emere in loco alio, quam in foro debeat vel praesummat*, Item quod *infra terminos judicii de Imbst nemo debeat habere vinum venale, aut recipere hospites pro denariis in loco alio, quam in foro* praedicto. Et quicunque contra aliquam praedictarum constitutionum veniret vel fecerit, is in poenam quinquaginta librarum Meranensium incidit ipso facto, quarum medietas una Nobis, et alia Judici Nostro cedet, praefatas autem constitutiones fecimus reservantes nobis facultatem, addendi, diminuendi, et immutandi, secundum quod nostrae erit voluntatis. In quorum siquidem testimonium praesentes dedimus litteras, sigilli nostri munime roboratas. Datum in Claustro *Stambs* Anno Domini 1282.

Nro. LXXXV.

Henricus Brixinensis episcopus, Capitulo suo distributiones plures, ab antecessoribus suis collatas firmat.

(Ex archivio Capituli Brixinensis.)

In Castro Pfeffersberg. 21. Decembris 1233.

Henricus Dei gratia Brixinensis ecclesiae episcopus universis — fidelibus salutem in vero salutari. Quoniam ea, quae a praedecessoribus nostris rite fiunt et juste, Nos decet approbare — eapropter ea, quae a venerabili bonae memoriae *Heinrico praedecessori nostro*, Capitulo et Canonicis *Brixinensibus* — sunt collata, et specialiter 36. modios solidi grani et 24 librarum Veronensium, quas contulit Capitulo et Canonicis annuatim — de ecclesia Sanctae Mariae in *Wipthale* persolvendis confirmamus et renovamus. Sancientes in perpetuum — ut quicunque pro tempore plebanus in *Cholsatz, in Valle Oenis inferioris*, — in receptione dictae plebis obligetur — dictas 24. libras annuatim solvere dictis Canonicis et Capitulo *Brixinensi*, pro censu de ecclesia nominata. Ut autem haec rata in perpetuum teneantur — dictum Capitulum et Canonicos hoc privilegio, nostri sigilli impressione roborato curavimus praemunire. Omnium successorum nostrorum

reverentiam devotissime exorantes, ut hoc, — illaesum debeant conservare, et nullum capitulo et Canonicis saepe dictis, super praedictis gravamen vel molestiam inferentes vel ab aliquibus patientes conferri.

Actum Anno Domini 1233. Indict. VI. In castro *Pfeffersberch* undecimo die exeunte Decembri.

Nro. LXXXVI.

Statutum Capituli Brixinensis ecclesiae, de scolastico, e medio suo atque digno eligendo.

(Ex archivio Capituli Brixinensi.)

1256.

Anno Domini MCCLVI. Indict. XIIII. Tertio Nonas Junii. Dominus *Decanus totumque Capitulum Brixinensis ecclesiae, tractantes de scolastico statuendo*, de consilio praelibati decani et communi consensu totius capituli, *statutum est eligere canonicum in scolasticum secundum formam praescriptam. Quicunque Canonicorum Brixinensium eligatur in scolasticum, utatur proprio stallo et voce, qua usus est ante electionem, et senioribus sibi super extolli ratione scolasteriae, voce et stallo nullatenus intendat.*

In officio autem scolasteriae sibi praevideat per idoneam et honestam personam, quae sufficienter competat, ut sit in choro, in divinis officiis frequens et officiatus, in scolis ad eruditionem puerorum sollicita et litterata in prosaico tentamine; praedicto Capitulo promptus et obsequiosus. Si vero scolasticus in praemissis constitutionibus, aliquatenus negligens videbitur, et si canonice admonitus, emendatus non fuerit, cadat ab omni jure scolastici incunctanter et absolute. Ut autem haec rata sint, et inconvulsa, praesens scriptum sigillo Capituli *Brixinensis* communitur.

Nro. LXXXVII.

Heinricus Brixinensis Episcopus, Wiltinensi cenobio, novalia in Valle Leutasch donat.

(Ex archivio Wiltinensi.)

1180.

In nomine Domini amen. Ego *Henricus* Dei gratia *Brixinensis* ecclesiae *episcopus* — quoniam ad ea, quae locis divinis impenduntur, divinae mercedis exspectatur retributio, dignum Nobis et saluti proximum videtur, in his — petitionem — admittere, de quibus constat Deo servientium subsidia, fructuosius accrescere,

Notum igitur esse volumus — qualiter petitione dilecti et venerabilis *fratris nostri Henrici praepositi et fratrum Wiltinensis chori* — decimam novalium in memore, quod *Luitasche* vocatur — fratribus *Wiltinensibus* tradidimus, et hanc traditionem sigilli nostri impressione firmavimus, et his testibus communivimus. *Udalricus decanus*, *Wernerus* et *Burchardus Archidiaconi*, *Ortolfus cellarius* et frater ejus *Hartwicus*, *Chonradus thesaurarius* et coeteri cathedrales canonici: *Balduinus abbas S. Georgii*, *Chonradus praepositus ad Gratias S. Mariae*, et alii quamplures *Clerici* et *Laici*, in publico capitulo *Brixinae*.

Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis 1180. Indict. XIII. VI. Idus Octobris feliciter. Amen.

Nro. LXXXVIII.

Henricus episcopus Novacellensibus archipresbyteratum vallis Pustrissae impertitur.

(Ex archivio Novacellensi.)

1228. 18. Decembr.

Heinricus Dei gratia Brixinensis ecclesiae episcopus universis etc. etc. Notum esse volumus, quod

Nos considerata devotione *Henrici praepositi et cenobii de Novacella* — — dicto cenobio — concessimus *archypresbyteratum seu archidiaconatum vallis Pustrissae* in perpetuum possidendum, de consensu capituli et canonicorum tunc praesentium — — *salvo jure canonicorum in aliis Archidiaconatibus seu Archipresbyteratibus et dignitatibus, sicut habentur in indulgentia, a sede apostolica impetrata.* Ut autem haec inviolata permaneant — sigilli nostri nec non capituli munimine roboravimus. Acta sunt haec anno Domini 1228. in choro *Brixinensi.* XIX. Calendas Januarii.

Nro. LXXXIX.

Albertus Tyrolensis Comes, cruce signatus, coenobio Sancti Georgii X. decem marcas confert, pro vino ad sacrificia comparando.

(Ex archivio S. Georgiano.)

In casto Tyrol 1217. 25. Julii.

Noverint tam praesentes quam futuri, quod ego *Comes Albertus de Tyrol tam meae, quam Patris et Matris meae,* omniumque parentum meorum felicem memoriam fieri volens, Ecclesiae *S. Georgii* Martyris X. marcas contuli, quibus praedium unum emant, unde perpetualiter ibidem, in missarum celebratio-

ne, vinum sufficiens habeant. Insuper; *si in itinere peregrinationis meae decessero*, jam dictae Ecclesiae XL. marchae persolvi debentur, unde fratres et domini, pro mea et supradictarum animarum salute, dominum exorare non desistant. — Cujus rei testes sunt Dominus *Berchtoldus Tarrant*, Dominus *Hildevrandus de Lana*, Dominus *Eberhardus et Frater ejus Marquardus de Mays*, Dominus *Berchtoldus Trautson*, Dominus *Fridericus de urbe S. Michaelis;* Acta sunt autem haec, *consensu uxoris meae Uthae*, in praesentia ministerialium meorum. Anno ab Incarnat. Domini 1217. in festo S. Jacobi, *in Tyrol.* Summa autem supradictae pecuniae a *Berchtoldo* et *Engelmaro Tarant* fratre ejus repetatur.

Nro. XC.

Compositio controversiae Albertum Tyrolensem Comitem inter, et Berhtoldum Curiensem episcopum.

(Ex Authographo.)

In villa Glurus. 11. Novemb. 1228.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod dum lis et controversia inter *Berhtoldum* Dei gratia *Curiensis Ecclesiae Episcopum*, et *Al. Comitem Tyrolensem* super quibusdam negotiis verteretur, tandem de utriusque Partis Voluntate ter-

mino super hoc assignato, convocatis ex magna parte Vasallis, et Ministerialibus ambo unanimiter convenerunt: coram quibus dictus Dominus Episcopus querimoniam suam proposuit in hunc modum contra dictum Comitem *Tyrolensem*, *quod idem comes aedificavit castrum, quod dicitur Montani, in fundo Ecclesie, in prejudicium dicte Ecclesie Curiensis, et quod Ecclesiam seu Hospitale S. Medardi dederat Hospitalariis S. Johannis Jerosolimitani, pertinentem ad collacionem, ut dicebat Ecclesie Curiensis.* Item dicebat, quod duo *fratres Randoldus, et Ulricus de Palus*, detinebant, contra justiciam, duas curias in *Palus* ad Ecclesiam *curiensem* pertinentes. Hec omnia dictus Comes negans, suam querimoniam proposuit ex adverso, quod in *Stainsberc apud Hardez*, dicebat se habere *solamen pro allodio et proprietate.* Super his omnibus talis concordia intervenit de consilio et voluntate partium, quod, dum comes *Tyrolensis* recognosceret jus ecclesiae *Curiensis* in *Castro Montanie*, renuncians penitus in manus domini Episcopi juri suo, dictus episcopus eum de eodem castro protinus infeudavit, promittens, quod in jure sibi concesso in eodem castro eum racionabiliter defensaret. Item dictus comes cessit et refutavit, et donavit dicto episcopo et ecclesie *curiensi* omne jus, quod se dicebat habere *in castro Stainesberc*, promittens firmiter, quod nunquam super hoc deinceps inquietaret ecclesiam curiensem, imo contra omnem hominem warentaret et defenderet. Et supradictus *Ran-*

doldus resignavit, et refutavit in manus domini episcopi curias prenominatas in *Palus*, et comes promisit easdem curias absolvere ab impetitione U. fratris dicti *Randoldi*. Item dictus episcopus infeudavit saepe dictum comitem *Tyrolensem*, annuatim de redditibus X. marcarum, quod prius contingere debet *comitem Heinricum de Montfort*, excepto nihilominus *feudo advocatiae de Maz et omnibus vice dominationibus*. Item dictus Episcopus et Bur. *de Wittenbrunne* et Vol. de *Niwenburc*, et Ch. de *Schellenberc*, *canonici ecclesiae Curiensis*, simul cum ministerialibus ejusdem ecclesiae videlicet domino *Chuonrado* de *Rialto*, V. de *Aspermont*, *Friderico* et *Alberto* de *Juvalto*, *Alberto* de *Slauns*, *Alberto* de *Rialto*, *Swikero* de *Ramuscia*, *Ru.* de *Malles*, *Marquardo* de *Lauz*, *Andrea* de *Marmora*, *Heinrico* de *Silles*, *Ottone* de *Grouenstein*, *et V. Pasegun*, fide data promiserunt, quod sepe dictus Episcopus concedere debet *filiabus promemorati Comitis A.* omnia feuda, tam nova quam vetera, quae habet ab ecclesia Curiensi comes praedictus: et quod saepe dictus Episcopus de eisdem feudis faceret ad petitionem *D. Comitis*, *quidquid sibi et filiabus suis*, et utilius et commodius videretur, quod per rationem feudalem fieri posset: Ita tamen, quod Comes permaneat *vasallus ecclesiae Curiensis*. Item Dominus Episcopus pro reverentia Dei et ad malum sedandum, concessit et contulit suprascriptum *hospitale Sancti Medardi*, *hospitalariis S. Joannis Jerolomitanis*, pro

se et suis successoribus, retento sibi jure tantum episcopali; Et super hoc promisit dare *privilegia fratribus Jerosolimitanis* Praeterea fuit ordinatum, ut annuatim debeant dari *Bertholdo Clerico*, XX libre *Veronenses*, eo, *quod in dicto hospitali jus videbatur habere*, sive ipsas in dicto hospitali expendere voluerit vel alias. Et hec XX libre fuerunt praenominato B. super proventibus ejusdem hospitalis assignate. Et *concordia, quae habita fuit inter Rudolphum felicis memoriae Curiensem episcopum et Albertum Comitem Tyrolensem*, super allodiis et proprietatibus hominum ejusdem ecclesie, et aliis gravaminibus, eisdem per Dominum Comitem illatis, ut idem episcopus asserebat, debet firmiter observari, ut videlicet quidam, ex parte domini episcopi, dominus *Rupertus de Malles*, et D. *Floridus de Rodunde*; et ex parte D. Comitis, dominus *Bernh. de Novadomo*, et B. *Tarantus Junior* super his cognoscere debeant et definire, si quae damna vel injuriae hinc inde fuerint illatae, et si hos contingeret discordare, *Ulricus comes de ultimis et dominus Reingerus de Sargannes* assummantur, ita, ut, quod hi definierint firmiter ab utraque parte debeat observari.

Praeterea exstitit ordinatum, ut Comes *Tyrolensis*, *infra sex septimanas*, *post denunciacionem sibi ab Episcopo Curiensi factam*, *coram Rege* debeat comparere super eo, quod *dominus episcopus dicebat*, dictum *comitem non debere exercere super homines*

ad Ecclesiam curiensem spectantes, truncaciones membrorum, vel penas ad vindictam sanguinis pertinentes: que si dominus Episcopus per privilegia vel alias raciones coram Rege poterit probare, debet idem comes a praedictis penitus abstinere: alioquin saepe dictus comes *iure sui comitatus* utatur.

Acta sunt hec Anno Domini 1228. XI. die intrante Novembri, Indictione I. *In villa Glurnis*, in presentia D. D. *A. et B. Fratrum de Wangen*, D. *Reingeri de Sargans*, D. *Waltheri de Vaz*, D. *Henrici de Bellmont*, *H. Advocati de Maz*, *Hezelonis de Zengels*, *Hildboldi de Schwangau*, *Ulrici de Schrovenstein*, *Ul. Scolastici Tridentini*, *Gebehardi de Starchenberc*, *Peronis de Glurns*, et supra dictorum canonicorum et ministerialium, curiensis ecclesiae. a)

a) Forsitan homuncionibus quibusdam, acutarum nimis narium, diplomata, quae a No. 90. ad usque Num. 140. subjunxi, inutilia, atque heic loci superflua videbuntur. — Judicabit alias ille, qui mysteriis, ut ita dicam, historiae patriae initiatus, emolumenta cognoverit, quae medii aevi dilucidationi, his ex membranis, hucusque incognitis, accrescent. Quae temporis decursu addita fuere diplomata, ea apposui ratione, ut, quae in ipsa praecedente elucubratione minus discussa sunt, adtributo chartarum coævarum pondere, satis superque exsplicentur. Dilucidare simul decreveram,

füsiusque exponere statum patriae — medio aevo — politicum, ejusdem constitutionem, leges, sancita, juris et de jure consuetudines, formulas simul pacis et transactionum non cum exteris solum optimatibus, sed et inter incolas potentiores terrae genitricis: eum praecipue infinem, ut quae *passim* tantum, *tacite*, non raro *usurpative*, faciem nactae sunt hodiernam, in quolibet metamorphoseos suae gressu, possint a nobis observari.

Nro. XCI.

Laudamentum Alberti Tyrolensis comitis cum Henrico Brixinensi Electo de mutuis ministerialium suorum matrimoniis.

(Ex archivio aulico Brixinensi.)

Actum bei der Laditscher Brücke, dein in choro Brixinensi VI. et V. Nonas Martii 1227.

In Nomine Domini Amen. *Hainricus Dei Gratia Sanctae Brixinensis Ecclesiae electus et Albertus eadem gratia comes Tyrolensis*, universis hominibus, tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Ut ea, quae aguntur in tempore, pro temporis labilitate plenius atque facilius ad memoriam hominum reduci possint et revocari; scriptis solent commenmendari et retineri, praecipue cum scriptura fidem

contineat, rei gestae. Ea propter praesentis scripti certitudine notum esse volumus, tam presenti aetati quam futurae ejus posteritati, quod Nos *Hainricus Brixinensis ecclesiae electus et Albertus Comes Tyrol: ejusdem Ecclesiae Advocatus*, cum *dissensiones inter Ecclesiam Brixinensem et Comitem Tyrolensem atque ministeriales eorundem, per copulam matrimonii hinc inde contractam, pro dividenda eorum prole* ac haeredibus saepius *orirentur*, et contentiones, unde utris et injuria evenit et adhuc evenire posset et gravamen: ad inveniendum super talibus utile remedium necessarium, de communi consilio domini *Wintheri praepositi et domini Heinrici Decani*, atque totius venerabilis Capituli *Brixinensis*, nec non Vasallorum et ministerialium, aliorumque fidelium et Magnatorum ipsius Ecclesiae memoratae, convenimus inter nos et de bona voluntate atque de certa conscientia nostra, et nostrorum ministerialium, statuimus, ordinamus et sancimus, ut amodo in antea quicunque *de ministerialibus Brixinensis ecclesiae, quam ipsius Comitis in Tridentino et Brixinensi Episcopatu* residentibus, Masculi et Foeminae invicem se matrimonialiter copulaverint, quod eorum haeredes et pueri, cum praefata cautione dividantur: ita ut ministeriales cum praefata ecclesia, atque cum nominato comite communiter et sine contentione dividantur, ita, quod medietas ipsorum — sive masculi sint sive foeminae, cedat ecclesiae, et medietas ipsi comiti, et proles cujuscunque sexus, hinc inde ab utra-

que parte generata, percipiat utramque portionem hereditatis aequalem. Volumus etiam et statuimus, ut pueri et heredes, quondam domini *Conradi Trutsuni, et uxoris ejus Ottiliae*, nec non pueri et heredes *Bertholdi Trutsuni*, atque Pueri et heredes domini *Heribrandi de Summersperch*, et Pueri domini *Friderici de Castro S. Michaelis*, similiter etiam et haeredes domini *Rudigeri de Matrei* ante hanc Pactionem generati et adhuc ab eis generandi, sub eadem divisionis conditione, et statuto esse debeant, et permanere, adjicimus etiam, et statuimus, ut similiter alii homines nostri, cujuscunque sint conditionis, si contraxerint, eorum haeredes communiter dividantur, et communem capiant haereditatis portionem, et aequalem, sicut superius est praelibatum. Praemittentes firmiter haec omnia, quae superius dicta sunt, et statuta tam per nos, quam per nostros successores, ex utraque parte habere firma in perpetuum et rata, et nullo unquam tempore contravenire. Ut etiam haec omnia debitam recipiant firmitudinem, hanc chartam sigillo nostro scilicet *Heinrici* electi *Brixinensis*, nec non etiam Capituli *Brixinensis* similiter, et *Alberti* comitis *Tyrolensis* fecimus roborari, et duo brevia inde conscripta unius tenoris decrevimus in perpetuum conservanda. Testes autem, qui interfuerunt, sunt hi: Dominus *Hugo de Tuvers*, D. *Fridericus de Schonekke*, D. *Arnoldus de Rodank*, D. *Wilhelmus de Velturnis*, D. *Reinbertus Garro*, D. *Eberhardus de Se-*

beno, D. *Ulricus de Rafine*, D. *Rupertus de Castelruto*, *et* D. *Hartwicus* frater suus — — — D. *Werinherus et* D. *Albertus de Rischon*, D. *Heinricus de Welfsberch*, D. *Berhtoldus Trutsun*, D. *Bertholdus Tarant* — — D. *Albertus de Voitsberch*, — — D. *Hartmannus de Withenthale*, Dominus *Herinbrandus de Summersperch*, *Ottager de Niuenberch*, *Fridericus et* Dominus *Conradus* fratres *de monte S. Michaelis*, et Dominus *Bertholdus*, Dominus *Hiltingrinus de Welfsberch* et alii quam plures.

Actum est hoc duabus vicibus; primo *ad pontem pendentem* cum Ministerialibus tractatum est die Martis VI. Nonas intrante Martio, secundo tractatum est in choro ecclesiae majoris *Brixinae*, cum universitate Capituli, atque cum ministerialibus familia praesente die Mercurii Vto Nonas intrante Martio anno 1227. Indictione XV.

Nro. XCII.

Litterae donationis coenobio San-Georgiano, factae a nobilibus de Schlitters de allodiis suis in Achenthal.

(E scriniis abbatiae in Fiecht.)

1112.

Chunt und zewissen sey allen glaubigen Christenmenschen, daß zween Brieder zu Schlitters haben gewont edle uud freue Ritter Herr Dietrich, und Herr Gerwein und Herr Heinrich derselben Schwager, ain ersamer Pfaff. Die besassen ihr väterliches Erb von dem Wankhradtpach unzt in den Pittenpach, in dem sich Prixnerpistumb endt, Puechau, und den See, und die Stätt, so Aachen heist und ein Kirchen an derselben Statt gelegen. Und ausserhalb des Zilers der vorgenannten der Perkharder, der doch an demselben Aygen zunächst gelögen ist.

Da die nun waren zu ihren alten Tagen khumen, und die himmlischen den irdtischen Dingen firsetzten, und von dem Hail der Seelen betrachteten, alles das vorgesprochen vätterlich Erb zwischen den vorgenannten Wasser gelegen mit laithen beidlei Geschlecht darinnen wonenden und mit Gebürgen und Gewilden Wald und Wie-

sen, gepauen und ungepauen, Wögen und Umwögen und mit allen den Dingen die in Nutz der Menschen kummen mögen der Kirchen Sand Johannes des Taufers ze Aachen gelegen aufgaben und ze den andermal ihrer seligkeit wollten si mehr fürsächen dieselt kirch mit allen ihren Zugehören, und die ir waren aufgeben von den Wankradpach, bis zu dem Pittenbach in den sich Brixuerpistumb endt und ausserhalb der Ziller den Perkharder umb Gedechtnuß ir Selen und ir Begrebnuß Gedechtnuß auf den Altar des heiligen Herrn Sand Jörgen mit frein und lödiger Hant, alles widerrufen hintangesetzt, mit einander übergaben. Sunder und Herr Dietrich unter ihnen der weisist dats St. Jörgen der Bekerung ordentlich gewont anlegent, und allen Zehent des genannten Aygen sünderlich zwey Tail die seinig rechtig waren die er von Herrn Wilhalm dem Ritter seinen Freyndt mit freyer losung vergolten het, Sand Jörgen übergab. Dieser Uibergab seindt Gezeygen: Wilhelm von Schlitters, Herr Albert von Wörgl, Herr Fridrich von Progerhopf, Herr Starkhand, Herr Thiemo, und Herr Henricus deren Bruder, Herr Wilhelm von Velthurns, Herr Gebhart und seine Brüder, Herr Fridrikus und Wernher von Rottenburg, Herr Gebmanus und seine Brüder, Landfridus von Vompp, Herr *Ulricus* von Freundsberg, *Thietricus* von Vompp, Dietrich und Wetzel von Dettaibach, *Ulricus* von Hofe, *Wolframus* und *Walcham* von Emaus, Berchtoldt *Brae-*

co von Straß, *Gumpo Walmanstier*, *Dietricus coclius Anno* 1112. a)

* * *

Ich Hainrich von Rottenburg Hofmaister verzich offentlich mit diesen Brief für mich und all mein Erben, daß mir firgetragen wardt von meinen Ambtsleithen, wie ich von Erbschaft Recht hiet an dem Holzpann, Gejaidt und Vischwaidt in der Gegend ze Achen da kam für mich der geistlich Erbar Herr Abt Ruepre cht von Sand Geörgenperg und beweist mich mit Urkhundt und meinen und seinen Leythen, wie die edel und wohlgebornen Freyen Dietrich und Gerwein die Schlitterer hieten göben und geignet den Gotzhaus auf Sand Georgenberg all Holzpan, Gejaid und Vischwaidt von dem Bach von Wankhradt bis in den Pittenbach, da sich Brixnerbistumb endt an aller ihrer Erben widerred und ansprach und, da ich egenannter Hainrich von Rottenburg des alles also erweiset ward da ließ ich den obgenannten Gotzhaus all ihre obgeschrieben Ehehaft ledig und los, die sie habent in den Ländlein ze Achen also daß ich, nach khain main erben nach die obgeschribne Gejaidt, Holzpann, und Vischwaidt immer hinfür kain ansprach noch Forderung haben, noch gewinnen sollen, und verzeih auch mich und all mein erben aller obgeschribner Ehehaft ze Achen und wer es dem Gotzhaus zu Sand Geörgenperg zu khrieg oder zu steß thet in kainen sachen, daß soll ich und all mein erben firstehen, unt das Gotzhaus dabey hehaben mit ganze unsern Vergnügen durch den Willen daß es unser oder durch hail und sält irer undt aller irer nachkhommen säligen die genannten Ehehaft dem Gotzhaus zu Sand Geörgen-

perg göben und geeignet haben; der sach seind gezeugen: Perchtold von Freuntsperg, Heinrich der Richter von Rettenberg, Peyrl Richter von Rottenburg, Seifrid der Probst ze Herlachen. Heinrich der Wirth, Ulrich Spächt ze Rottenberg, Seyboth der Mayr von Colsaß, Niggl der Probst, Heinrich von Rufenegg, und ander erbar leyth genug. Göben ze Rottenburg nach Christi Geburt 1300 jar und darnach in ain und dreissigsten jar an Sand Maria Magdalenatag.

a) Ecclesiam *S. Georgii* (Dipl. 38.) in eremo vallis *oenane inferioris* horroribus referto, jam circa annum millesimum, uti pia vult traditio, a *Ratholdo* quodam nobili de *Aibling*, extructam, hac membrana ex idiomate latino in vernaculum transmutata, auctam vides et dotatam a nobili familia de *Schlitters*, ducibus *Meranensibus* ministeriali et in Valle potissimum *Cilerina* sedes figente suas. Huic circa 1320 emortuae, illi de *Rottenburg* in *Tyroli* undique praepotentes successere heredes, principum simul nostrorum supremi aulae magistri, de quo vide sis antepositam, ex archivio abbatiae in *Fiecht* desumptam chartulam.

Nro. XCIII.

Instrumentum super juribus Tyrolensis Comitis ratione judicii et mensurarum Bozani, et in ponte Isarci.

(Ex apographo Cl. Puellii.)

Bozani. 24. Julii 1234.

Anno Domini 1234. Indictione XII. die dominica VIII. exeunte Julio, *in Bolzano in ecclesia plebis Sancte Marie*, in praesentia Domini *F. de Wanga*, Domini *Hainrici de Lechsperc*, Domini *Wolfheri de Twingenberch*, Domini *Wolffheri de Altenburch*, Domini *Conradi de Griffenstain*, Dominorum *Calochi* et *Conradi de Wineco*, Domini *Chuani de* — — Domini *G. de Griaz*, Domini *Ottonis de* — — Domini *A. Plebani*, Domini *G. de Niderhaus*, Domini *H. de Sumersperc*, Domini *Liebardi de Obernunc*, Dominorum *Friderici H.* et *R.* fratrum *de Rosenbach*, Domini *Hainrici de Cuvedun*, Domini *Hainrici extra Riade*, Domini *Alberti Contisse*, Domini *Ottonis de Fossato*, Domini *Ulrici Waberarii*, Domini *Henrici Jodesi*, Dominorum *Albertini et Bertoloti* fratrum, *Ulrici de Valein*, *Ernesti*, *H. de Grifenstain*, *Christani Lienhardi*, *Abrahe*, et *Menhardi* fratrum, *Randoldi*, *Nicolay*, *Ulrici Loaselini*, *Symonis Villici de Sancta Afra*, *Egeni* parvi *Paumanni*, *H. Isenhardi*, *Villici Mathei* etc. etc.

Dicimus *nos Dominorum F. et H.* fratres *de Rosenbach*, *et Domini Albertus Contisse*, *et domini Albertinus et Villicus de S. Afra*, *et Villicus Rupertus de Anteporta: isti omnes a Domino A. Comite Tyrolensi interrogati dixerunt* per juramentum, quod fecerant, *quod illi Enspome*, *et Gruntpome debent percuti in Madio*, *et quicunque iverit ad percutiendos sive incidendos Enspome*, *ille non debet ire ad pontem Isarci*, *et ibi adjuvare*, *et illi homines case Dei de Brixina de Sancto Ingenuino*, *debent dare commedere et bibere illis hominibus*, qui percutiunt Enspome in Madio. Item dicunt, quod illi Enspome debent dari, quandocunque necesse erit, *ponti Isarci*, et ita ire quotiescunque indiguerit pons, *et qui hoc superſederit*, *debet dare in officio V. sol.* et illi denarii sunt illius officii, et *Dominus Comes non debet habere aliquod jus in ipsa pignoracione.* Item dicimus, quod isti *Gruntpome* et *Panwerch*, et *Panpome*, *et ligamina* et omnia necessaria pontis debet quilibet preparare ad pontem *in medio Marcio:* et tunc debet *Dominus Comes Tyrolensis*, *vel Justiciarius ejus ibi esse supra ponte*, et quilibet illorum debet conducere omnia *Panwerch*, et illa omnia facere providere, si bona preparamenta conduxerunt: et si hoc ita non fecerunt, vel ita tunc cum sua preparamenta non venerunt, quod ille emendet Domino comiti ad ipsius Domini voluntatem. Et dicimus, quod nullus homo, nec Dominus Episcopus, nec aliquis alius nullum jus habet in dicto ponte Isarci, nisi *Dominus A. Comes*, qui eti-

am advocatus est dicti pontis. Et ita rationem et justiciam facere super hoc debet, et nemo alius. Et ibi ad presens constituit ipse Dominus A. Comes Dominum *C. de Grifenstain*, et *Ulricum de Valain suos Justiciarios, et Villicum de S. Afra, et Ecclesiasticum de Bozano, ut loco suo in Medio Marcio ibi accipiant jus suum, si ipsemet non adesset. Item precepit* Dominus Comes Tyrolensis sub pena V. lib. denar. Veron. *quod hinc ad Egnam nullus accipiat vel incidat arbores, asseres, et tramites pontis Ysarci,* cujus homo sit. Item precepit omnibus universis rusticis subpena V. lib. Veron. parvulorum, quod nullus hic *in Bozano pannum vendat, si sit pannum Lineum, vel Griseum coram aliqua domo, nec in foribus Bozani* Item precepit *omnibus Burgensibus*, ut ipsi habeant illam *mensuram ad vetus baculum Ulneum Bozani, et non Tridentinum baculum, et illum stiarium ereum*, et *illam urnam, quam habet Domin. Albertinus*, et *centenarium*, et *rublum vetus.* Et *marchas* et *balancias antiquas et veteres.* Ita hoc super totum laudavit, et confirmavit et nullam aliam mensuram. Item interrogavit ipsos suprascriptos omnes per juramentum, quando legale judicium debet esse, qui ad ipsum judicium, seu placitum debet venire: qui suprascripti omnes dixerunt, per sacramentum, quod *legale judicium, sive Etaidinc* debet esse annuatim *post festum sancti Galli ad Albarum*, et quod debet denunciari supra pergulum XV. dies ante ipsum placitum: et quod illi *omnes*

de plebe Bozani et Keller debent venire ad ipsum placitum, cujus homo sit, sub pena V. librarum Veron. parvulorum *in Burgo et extra Burgum*, *et quod Scarius ejus denunciet ad quamlibet domum*, *et siquis ita ad ipſum placitum non venerit*, quod *dabit quinque libras Veron. parvulorum Domini Comiti niſi ipſe, vel certus nuntius poſſit demonſtrare impedimentum.*

Nro. XCIV.

Distributio partium, olim ad conſervandum et inſtaurandum pontem Isarci, apud Bozanum, contribuentium.

(Ex collectione Eggeriana.)

1239.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen. *Hoc est jus pontis Ysarci.* Imprimis *officium* illud *de Ronz* debet I. Enspom omni anno *ad pontem Ysarci*, *et debent eum conducere et ponere supra pontem:* et quilibet homo, cujus homo sit, *si est Chamerſiedel*, *vel Lehenmann*, ille debet ire ad *Enspom* et adjuvare: si plures vices necesse fuerit, quod dent alium Enspom: et si quis hoc supersederit, *tunc magiſter officii sibi debet accipere pignus pro V. ſolidis*, et illi debent esse illius officii: et quandocunque ipsi dabunt illum Enspom, tunc illud of-

ficium debet habere unam urnam de vino pluvie. *Item officium illud de Ville* I. Enspom omni anno ad pontem *Ysarci* eodem jure et pacto, sicut illi de *Ronz.* Item *officium Villici de Anteporta, et Villici Scafridi* de *Maretz* I. Enspom omni anno eodem pacto, ut supra. Item officium *Villici de Sancta Afra* I. Enspom omni anno, ut superius nominati. Item officium *Villici Minegi infra ripas* I. Enspom omni anno ut supra. Item *officium Plebis de Keller* annuatim I. Enspom ut supra. Item *illi de Placedelle homines Case Dei de Brixina* debent dare primo anno III. *Grundpome*, et secundo anno, illi *de sancto Ingenuino Case Dej de Brixina* III. *Grundpome*, et eos conducere ad pontem *Ysarci*, et ipso *debent habere de vino pluvii pro quolibet Grundpom I. Emper Vini.* Item *Villicus Scafridus de Maretz* I. *Grundpom* ductum ad pontem omni anno, qui debet habere I. Emper vini. Item Villicus *Rupertus Anteporta Bozani* similiter omni anno unum *Gruntpom* presentatum ad pontem *Ysarci*, qui etiam debet habere I. Emper vini. Item *Villicus de Sancta Afra* unum *Gruntpom* anuatim ductum ad pontem, cui similiter dari debetur I. Emper vini de pluvie. Item ille, qui est in *Molendino de Curremedal Dominorum de Piburc*, debet habere unum ligamen ad pontem *Ysarci*, quandocunque opus erit: et debet ibi esse in necessitate, quandocunque *magister pontis* sibi preceperit. Item mansus *apud Wideme*, qui colebatur per *Albertum Sacum*, debet habere unum

ligamen in omni necessitate pontis , et quandocunque magister pontis sic praeceperit, tunc debebit ibi esse. Item *Villicus de Sancta Afra* unum ligamen in necessitate pontis. Item *mansus Herberti de Pach*, *qui est Dominus Trautsuni*, unum ligamen. Item *illi de Maleto debent parare unum Werch in Truchenen Lante*, et quandocunque putrescit, vel per aquam deducitur, debent parare aliam pilam, sive *Werch* VII. pedes a longe de aqua, et debent dare *annuatim in Madio* XII. curros, sive prozen asseres supra pontem, et etiam fabas, sed nescimus quantitatem. Item *omnes illi*, *qui dant Epfeninge*, debent dare annuatim panwerch, et debent etiam ire *ad panwerch*, *hoc est I. panpom*, et ille panpom debet habere tres *potos de vino pluvii*: et communis arbor sive pom debet habere I. potum ejusdem vini. Item mansus *Gerate* debet dare annuatim, et omni vice *Schobe*, qui pertinent ad pilas ligneas, et imponuntur ad pontem *Ysarci* XII. magnos *Schobe*, qui bene faciant I. *Werch*. Item quandocunque hoc totum praeparatum erit ad ipsum pontem, *tam Enspome*, *quam Grundpome ligamina*, *Panwerch arbores*, *Schobe et alia necessaria pontis*, *quidquid tunc supererit*, *asseres*, *tramites*, *plaustra et catene*, *sive ringe* debet poni supra pontem, *in domum illam pontis Ysarci*, *quam cum quodam orto apud ipsam pertinente habent*, *et tenent fratres domus Theotonicorum*: *jacet aput monte*, *ex alia parte vetus acque ductus Ysarci*. Item *mansus qondam Gulay*, *qui modo co-*

litur per Enzum, debet dare omni anno, quando erit necesse, XII. *Schobe*, et dimidium panpom. Item de manso illo *ſubtus ſtricharium ſub monte*, *qui collebatur per Albertum Muzehardum* debet dare omni anno et omni vice XII. *Schobe*. Item *illi de Sibedat iverunt ad Enspom ad et conduxerunt sive tulerunt omni anno I. Enspom ad pontem Ysarci*: *ſed est diu*, *quod non fecerunt*, *et nescimus*, *qua culpa remansit*: tamen scimus, quod I. Enspom dederunt annuatim, *et tempore illo*, *quo Liuprandus Scarius Domini Comitis Tyrolenſis habitabat cum domo in via ſtricta*. Item *dixit Rupertus de Banko*, *officiarius de Ronz*, *quod Chonradus ſupra Ganeſien*, *homo Domini Conradi de Wineco nunquam aliquod servitium facere ſolebat ad pontem Ysarci*. Item dixit, *quod Dominus Albertinus debet facere illud servitium*, *quod quondam Rudegerius de Griatz faciebat*.

Nro. XCV.

Divisio jurisdictionis super liberos plures, nobilesque vallium Athesinae et Venustae, Ottonem inter Carinthiae Ducem, Tyrolis Comitem, et Egnonem Advocatum de Matsch.

(Ex collect. Eggeriana.)

Schluderns. 1309. 25. Novembris.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi a Nativitate ejusdem 1309. indictione 8. die dominico septimo exeunte Novembri, quoniam sicut tempus labitur, ita memoria personarum, nisi ea, quae fiunt, et ordinantur, per scripturarum memoriam retineantur. Idcirco infra scripti contrahentes, seu infra scriptae partes debentes, et volentes divisiones de infra scriptis personis facere sub pactis et conventionibus infra scriptis statuerunt, voluerunt, et jusserunt per scripturam notari et memorari, et in formam publicam reduci, ac manu authentica confirmari, ut perpetuo rata, et firma habeantur, et ut ipsis contrahentibus seu partibus et eorum heredibus patefiant, et sint nota ac omnibus praesentibus inspecturis tenor et promissio, cujus divisionis cum pactis et conventionibus, modis et obligationibus talis est; hodie partitionem, divisionem, resignationem, finem et refutationem ad invicem vo-

luntarie fecerunt, et faciunt. *Nobilis vir Dominus Egeno Advocatus de Amazia*, *et domina Clara uxor ejus*, et ipsa domina *Clare* agens de consensu, parabola et voluntate ipsius domini Egenonis mariti sui, et ipsi jugales haec agentes pro eis et eorum haeredibus ex una parte, et *Nobilis miles Dominicus Heinricus Minifcalcus*, *et Nobilis miles Dominus Heinricus dictus a Hirfchberg ac Dominus Volchemarus miles et judex in Maringa*, et Dominus *Bertoldus Porcherauuius Tyrolenfis* omnes ex altera parte, et *agentes Nomine et Vice Nobilis et Magnifici Domini Ottonis Carinthiae ducis*, *Tyrolis*, *et Goritiae comitis*, *Aquilejensis Trid.* et *Brixin.* Ecclesiarum Advocati, cujus Domini *Ottonis* ducis praefati Domini *Milites* et *Porcherauuius* legatores, Nuntii et Procuratores sunt ad haec gerenda et firmanda, prout apparet per ipsius Dominus *Ottonis* ducis litteras aperte sigillatas majori sigillo ipsius domini *Ottonis* ducis, ibi visas et ad intelligentiam lectas, scriptas et datas, prout ipsis continetur litteris *in Monte Zenonis* 1306. Die 19. Novembris indictione octava, et ipsi procuratores Nomine praefati domini *Ottonis* ducis ex altera parte. Unde pro qua divisione et relaxatione, primo ipse Dominus *Egeno advocatus et ipfa domina Clara ejus uxor*, ex una parte finem et relaxationem fecerunt, et pro divisione remiserunt, et dederunt in manibus praedictorum Dominorum Procuratorum nomine et vice etc. *nominative et generaliter de perfonis omnibus et fingulis Ju-*

ribus et rationibus ipsi domino Egenoni Advocato, et ipsi Dominae Clarae Jugalibus *pertinentibus et* spectant ibus super personas infra scriptas, sive de personis infra scriptis.

Primo de persona domini *Herardi Militis de Turre, de Glornio et de Perſona Dominae Eliſabeth uxoris ipſius* domini Herardi, et de personis seu haeredibus omnibus et singulis utriusque sexus ex ipsis natis, et quae ex ejusdem jugalibus aut ex eorum ullo et coram prole et linea de coetero nasceretur etc. Item de personis illis omnibus et singulis illorum *dominorum de Lichtenberg de Venuſta* etc. Item omnibus personis utriusque sexus dominorum, qui dicuntur *Baſeganni de Lauthe*, et uxores eorum. Item de omnibus personis etc., quae nominantur et recte dicuntur, et sunt *de Malianchis de Agnethina de Venuſta:* Item de omnibus personis *dominorum de Heben de Valle Heni, et de omnibus aliis personis Nobilibus de ipsa valle Heni* pertinentibus et spectantibus ipsi domino *Egenoni* Advocato a vico seu loco de *honodres* inferius scilicet de omnibus illis personis nobilibus, quae ad dividendum seu indiviso erant inter ipsum dominum *Ottonem* ducem, et ipsum dominum Advocatum in dicta Valle *Heni*, salvo et exceptato et extracto scilicet *Michaele Linto de Malles, habitatore ipſius Vallis Heni*, qui scilicet *Michael* nondum pertinet ipsi domino advocato. Item de omnibus Personis Nobilibus, quae pertinent et spectant ipsi domino *Egenoni* Advocato sci-

licet *a ponte de Spadinicho de Venuſta inferius ſcilicet illarum personarum* Nobilium, *quae ipſe dominus dux Otto cum ipſo domino Advocato ſimul habebant ad dividendum* ab ipso ponte infra: *salvo Toldone ſilio quondam* Domini *Brochardi Scechi* exceptato, et extracto sub hac forma, quod si ipse dominus *Otho* dux voluntarie et per gratiam liberare et relaxare voluerit ipsum *Toldonem*, qui habitatur in *Audenberg*, quod pertinere debeat per ipsum gratium ipsi domino *Egenoni* Advocato etc.

E converso praedicti Domini *Henricus Miniscalcus* et coeteri suscepti Legatores et Procuratores dicti domini *Ottonis* ducis etc. refutationem fecerunt, et resignationem, et datum fuerunt in manibus praedicti Domini *Egenonis* Advocati Nominative et generaliter de omnibus, et singulis illis personis et juribus ipsarum personarum pertinentibus ipsi domino *Ottoni* duci, et poenitentium scilicet Nobilium personarum, quas ipse Dominus *Otto* dux simul habebant ad dividendum, et ipse Dominus Advocatus videlicet *a praedicto ponte de Spandinicho usque ad pontem, vicum seu locum de Honodres*, et in ipso vico seu loco *Honodres* etc. Haec omnia acta fuerunt *in Venuſta, in Vico de Schludernio* etc. praesentibus Domino *Dietreicho de Heben* de Valle *heni* praenominata, et Domino *Henrico Panzen de Zengels*, Domino *Jachelino hoſiciali de caſtro bello, Lodvico ſervitore praefati domini ducis* etc. et *Brochardi-*

no filio 9. Domini Brochardi Scechi et praesentibus pluribus aliis personis etc.

Nro. XCVI.

Egno tridentinus praesul steuras in oppido et regione Bozanensi redigit.

Actum Tridenti. 8. Decembris 1256.

Egno von Gottes Genaden Bischof zu Triendt, allen Christglaubigen so jez seind, oder khünftiger Zeit sein werden zu ebiger Gedechtnuß. Wir sollen mit guetwilliger anmuetung vnd Erhöhung vnserer sonderlichen gnad vnd Gunst Ihenen lieben, so vns vnser Trientnerischen khirchen mit scheinperlicher tath begeben seind, die weil auß solchen gewendlichen entspringt, daz derselben guetherzigkait In merung gelenndet, vnd andere auß derselben excempel vnd beyspil, treulichen zugehorsamen dest beherzigter werden. Derhalben sollen wissen die, so diser Zeit In leben, oder nachkhunftiger Zeit in Leben sein werden, daß die geliebten getrewen vnsere Burger Im Burgfriden Botzen anmuetigklich öfftermals Inn vnser Gegenwirtigkait erschinen, vns mit höchstem Anlangen diemuetigklich gebeten. Daß wir (die weil Sy vnd Jer Stat, dan von wegen der erbärmlichen Brunst der selben Stat, vnd der vnaussprechlichen beraubung, durch den Edlen Herren Gebharten Grafen vonn Hirschperch derselben Zeit Herren der Graffschafft zu Tyroler-

litten. Dann auch von wegen der grossen überschüttung der Wässer, damit die Stat schir alle Jar ganz verderbt wird, vnd von wegen der grausamen vnguetigkhait der Mächtigen vnd vmbliegenden Castellanen, so nit allein die Inwonenden In der Stat, sonder auch on vnderschid alle die, so von oder zu der selben stat wandern, on Gerichtsordnung, bis nahend zu bemelter Stat, Auch vnderweilen darinen nach Irem muetwillen berauben, der vnträglichen Zerstörung vnd abfall vnderliegen.) Inen über solche vnd vil mer andere Widerwertigkhaiten: so zu beschreiben verdrießlich wären; mit väterlichem gemuet mitleidend geruechten ain auffsehen zehaben zu bemelter Stat-erhaltung vnd nüzperkhait. Und sonderlich von wegen der Cult so durch vns vnd vnsere Vorfoderen In gedachten Burgfrid anzulegen vnd einzelangen breuchlich gewesen mit einem bestimbten Tribut zu bezalen, die järlichen zuuerwechßlen. Wan solches beschähe vermainten die bemelten Burger vnd Inwoner, daß Jer Stat mit ynwonernen Reichtumben vnd andern gueteren, von guetem zu besserung gemert vnd erfrewdt wurde mit ainem glückseligen, fridsamen vnd beruewigen stand, dadurch Sy vns auch vnserer Khirchen vnd Stat Trient so vil dest besser vnd vermüglicher in allen sachen annembliche vnd pflichtige dienstperkhaiten beweysen möchten. Derhalben haben wir nach gehabten Bedanckh für billig geacht, den guetigen begirden zu wilfaren vnd zu bewilligen auch den ehrlichen Bittungen der Begerenden, güetwilligen Gunst, mit stimmend mit guetiger bewilligung der selben Bürger vnd Inwoner begerungen mitzetailen. Uber sol-

lichs alles nach gehaltnem fleißigem Radtschlag mit unsern Trientnerischen Bürgern auch mit vil mer andern fürtrefflichen aus unsern getrewen Vnnterthanen vnd dienern, sein wir aus vätterlicher sorgfeltigkheit begirig zu befuederung des Fridens vnd Rue den gegenwirtigen und khunfftigen Botznern: die wir werd vnd lieb haben: auch Iren ynwonern, aus Radt vnd bewilligung vnsers Trientnerischen Radts, durch vns vnd vnsere nachkhomen auch Inn namen vnd anstat vnnserer khirchen vnd Bistumbs ze scheinperlicher nuzperkhait vnd besserung der bemelten khirchen vnd Bistumbs, auch aus gedrungener not ernennter Stat Botzen zu der Eer Gottes, vnd zu vnser auch vnserer Vorfodern Selen hail, so verändern wir den vorernenten Inwonenden solche Cult, so durch vns vnd vnsere Vorfordern bis hieher In berürtem Burgfriden aufzulegen vnd einzenemen gepflegt ist worden, Inn ain Zinns Tausent pfundt perner jedes jars, vns vnd dem Trientnerischen Bistumb zu bezalen. Darumben haben wir allen vnd jedlichen gegenwürtigen vnd khünfftigen in der Stat vnd Burgfriden Botzen wonenden, so bisher desselbig Stewr oder Cult zu erlegen gepflegt, oder khünfftig zu bezalen schuldig wären, auch den bemelten ganzen gemerckh daselben in crafft dieser gegenwürtigen Schriften ain endtschafft, ablassung, übergab, vnd vertrag, von hinfüran vnd Inn die ebigkhait solich Stewr oder Cult noch etwas von wegen der Stewr weder durch vnns, noch durch andere ann vnser statt zu begeren noch zenemen frey volkhomenlich vnuerlezlich zuhalten, verordent. Es haben auch Sweickher weylenden Matheisen

Mairs Sun, Otto Schneider, Lortolin ain Sun weylenden Composten, Gerhard des Friderich Walhen Sun, Bernhardt Matherayer, Heinrich Schneider, Witegus Chramer, Altomerus und Bertold der lang Chramer als Burger vnnd Inwonende Im Burgfriden zu Botzen für sich vnd die gemain, auch für alle Inwoner zu Botzen gegenwärtige vnd khünfftige. so vns vnd vnsern Bistumb die bemeldt Stewr zu erlegen vnd zu zalen gepflegt haben. Vnd nämblich für diese khaufleut, so Inn benenter Stat vnd darbey, khauffen vnd verkhauffen, Inwonern Im bemeltem Burgfried für die obbemeldt endtschaft vnd Fürzicht derselben Stewr versprochen, järlichen Zinnsweyse vns, vnserm Bistumb und nachkhomen In die Ebigkhait Inn Triendt oder Inn Botzen oder wohin wir solchs hinfüran verordnen werden zegeben vnd zu bezalen auf sandt Martins, oder desselben achtendem Tag tausent pfundt clain pfening, wie sy dann Im Landt geng sein werden bey zwifacher peen der Schäden vnd Vnkosten darem wir, oder das Bistumb von wegen der gemeltenn Tausendt pfundt zu der Zeit der einbringung khomen wurden, bey Verbindung Inrer vnd der Gemain zu Botzen gegenwürtiger vnd khünfftiger guetter. Also daß die Im selbigen Burgfrid hinfüro darinnen khauffen, verkhauffen vnd khauffmanschafft frey volkhomenlich treiben mögen on ainige vnser und vnserer nachkhomen widerred oder Verhinderung. Dardurch, soll denen, so von vns oder vnsern vorfordern die Cult mit zu bezalen befreydt seind, khain vorurtl entsprungen. Auch meniglichs Gerechtigkhait vorbehalten, Darnach versprechen

wir, daß wir hinfüran ainiger person, von wegen der mit bezalung der obbemelten Tausendt pfundt khain genad oder Freyhait verleyhen werden, Sunder von nun an beuelhen vnnd gebieten wir allen vnd jedlichen vnsern gegenwirtigen vnd khünftigen Ambtleuten In Botzen Innhalt dises gegenwirtigen Beuelhs, daß sy alle vnd jedliche obbemeldte, zu solches Zinses, der ain Tausendt pfundt zalung aus vnser macht bezwingen, deshalben, Er, Ambtman von gedachten Im Burgfrid wonenden nur zwainzig pfund clain perner empfangen soll. Wir wollen aber vns zum höchsten befleißen, daß alle dise Ding, durch Bäpstlichen Gewalt vnd Römische Macht bestättiget werde. Derhalben soll khainem vnserer vndterthanen gebüren diese vnsere Veränderung vnd ordnung zuuerlezen oder denselben mit freuenlicher khuenhait widerstandt zethon, bey erhaltung vnserer Gnad, und bey dem Bann, den nach vnsern vnd vnserer nachkhomen willen abzenemen. Vnd dises alles, thon wir mit Vorbehalt Inn allen andern vnd jedlichen vnsere vnd vnserer Triendtnerischen khirchen, Ehreen vnd gerechtigkhaiten. Damit aber solches In die ebigkeit vest bstendig beleib, haben wir dise gegenwirtig gschrifft nit allein mit des offenlichen Notarien Handt sonder auch mit vnsers Sigils befestigung, zu becrefftigen befohlen. Zeugen dises Handels seind Graff Otto von Ortenburg Brueder Marcus, Brueder Adrianus, der Prediger Brueder Ordens. Oberadus Bropst zu sand Michael. Heinrich von Greifenstain. Liebhard von Chaldern. Gotschalch Chircher. Albrecht Richter. Nicola Herrn Gonselin Sun.

Riprand sein Brueder. Wilhelm von Beluedro Trintinellus Burser. Nicola Herrn Alberten vastnacht Sun. Ubertus Notari. Heinrich Carg. Arnold Herren Mateisen Sun. Concius Notari vnd andere vil mer.

Geben zu Triendt in vnsern Sloß am Freytag dem achten Tag, des Decemberseingang. Anno domini Tausent zwayhundert Sechsundfünfzig der Römischen Zinns Zal Im fierzehenden Jar.

Ich Arnoldus, Herren Friderichen Römischen khaisers Notarius bin bey allen obbeschribenen sachen zugegen gewesen vnd In uerainigung mit den Notarien Uberto vnd Arnoldo Herren Mathesen Sun also geschrieben.

Ich Obertus von Plai khaiserlicher Notarius bin bey allen disen Handlungen gegenwirtig gewesen vnd hab mich vnderschriben.

Ich Arnoldus weylenden Herren Mathesen Sun von Plai khaiserlicher Notarius bin bey allen disen Sachen gewesen vnd hab mich vnderschriben.

Ich Conrad khaiserlicher Notarius hab das glaubwüdig Original diser Abschrift, gesehen vnd gelesen, vnd wie Inn demselben begriffen war, also hab ichs In disem geschriben vnd exemplirt, darinnen nicht das den Innhalt verändern thuet, gemert noch gemindert, getreu-

lich vnd ongefärde, darzu mein Zeichen vnd mich vnderschriben.

Vnd ich Friderich Slegl aus Bäpstlicher und kheiserlicher Macht offner Notarius Burger zu Botzen hab dieses obbeschriben Instrument aus einer glaubwirdigen lateinischen: auf pergamen geschribeneu abgeschrifft von dem rechten Original von Wordt zu Wordte aus dem Latein in vnser Gemain teutsch, darinnen nicht gemert noch der Substanz zu Nachtail: gemindert, getreulich verteutscht, vnd mit aigner meiner Handt geschriben. Vnd derohalben mich mit meinen Tauff vnd Zuenamen, gewoendlichen Notariat Ambts Zaichen vnd Spruch vnderschriben vnd bezaichnet zu merer Beglaubwirdigung aller obbeschribnen sachen darzue ersuecht sunderlich vnd erpeten. Beschehen zu Botzen vnd volendet ist dise Verteutschung am Sechsundzwainzigistentag monads Septembris Nach Christi vnsers Herren geburdt Im tausent fünffhundert Sechsundfünfftigisten, der Römischen khaiserlichen Zins Zal Im fierzehenden Jaren.

Nro. XCVII.

Divisio jurium in Burgo Bozani inter Episcopum Tridentinum et Comitem Tyrolis.

Actum Bozani 7. Febr. 1208.

In Christi nomine Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi MCCVIII. indictione XI. die VII. intrante Februario in *Burgo Bouzani* ante Domum Odolrici, et Conradi filiorum Condam Domini Bernardi, in presencia Domini Turconis *Tridenti* Cori Decani, et Domini Martini Presbyteri *Tridentine* Ecclesie Canonici, et Presbiteri Bertoldi de *S. Floriano*, et Domini Nicolay de *Egna*, et Petri de *Maluscho* juris periti, et Hermani de *Livo*, et Ugonis de *Richenberg*, et Erceti Not. et Ottonis de *Formiano*, et Domini Henrici et Domini Jacobi de *Verona*, et Federici de *Winec*, Purcardi de *Cagno*, et Ribaldi de eodem loco, et Domini Gonteri de *Bouzano*, et Domini Henrici Plebani *S. Genesii*, et aliorum multorum. Ante eorum presenciam coram Domini *F. Dei gracia Tridentine Ecclesie Electo*, presente D. *Adelprecto Tirolensi Comite* perlecte fuerunt manifestaciones, quas Domini Turingus et Zuco de *Formiano* et Federicus de *Winchel*, Adelpretus *Gaius*, et Odelricus de *Groenesperg*, et Adelprettus filius Domine Minne de *Bolzano* ex Commissione suprascripti Domini *F. Dei gracia Tridentine* Ecclesie

Electi et suprascripti *Adelpreti Tirolensis* Comitis sub Districtu Sacramenti et fidelitatis manifesta verunt de racionibus *Tridentini Episcopi*, et *Tirolensis* Comitis *habentes* apud *Bouzanum*. Tenor quarum talis est, videlicet, quod ille qui est *Gastaldio Tidentini Episcopi* in *Formiano*, ille debet eciam esse *Sultaiz Tirolensis Comitis aput Bouzanum*, et quando *Gastaldio de Formiano*, et *justiciarius Comitis* preceperint, et denunciaverint *placitum legale*, scilicet placitum, quod Teotonice appellatur *Eheleichgedinge*, ad partes *Bouzani*, seu in *Comitatu ibi pertinente*, omnia, que ipsi ibi acquisierint XV. dies ante predictum placitum, et XV. dies post, equaliter dividere teneantur. Et *omnia banna*, que *Gastaldio de Formiano* vel ejus *scarius* lucratus erit, duas partes *Tyrolensi Comiti*, et terciam *Tridentino* Episcopo per racionem dare tenentur. Et unum bannum scilicet secundum bannum de racione Comitis suo *Sulthaiz de Formiano* detur. *Latrones vero capti* cum omni eo, sicuti capti erunt, *Comiti Tirolensi* vel *Sulthaiz de Formiano* representententur qui justiciam super eos facere tenetur. Universas *mensuras* tam *in Burgo*, quam *extra Burgum* idem Comes componere et statuere debet, et super eos racionem faciat. Quicquid racione *Pluvio* pertinet, *Comiti* expectat, exceptis tribus Caratis vini, quas de illo Pluvio dari debenti *ponti de Bolzano*: *Comes* vero vel ejus *Sulthaiz* pro illo pluvio, non de racione, set voluntarie, et *per bonam usitatem* ad placi-

tum suprascriptum *Ministeriales Casadei*, ut eum adjuvent, ad judicium honorare debet, et ille, qui est *Gastaldio in Formiano*, ille eciam debet esse *justiciarius aput Bouzanum* tam in Burgo, quam extra Burgum, et ita fuit aput quondam Dominos Episcopos *Adelprettum*, *Salomonem*, *Albertum*, *Conradum*. *Gastaldio* autem de *Formiano* racione aput *Bouzanum* tantum *sub Albero iuxta Parrochiam* facere presumat per Dominos *Episcopum* et *Comitem Tyrolensem*, quantum ad suum officium *Gastaldi de Formiano*, et *Sulthaiz Tyrolensis Comitis* pertinet. Unde idem Dominus *F.* Dei gracia *Tridentine* Ecclesie *Electus* dictas manifestationes, ut superius legitur scriptis confirmavit, et imperavit mihi infrascripto *Salomoni* Not., quatenus istas manifestaciones rescriberem, et ex sua auctoritate in publicam formam reducerem. Unde duo brevia unius tenoris scripta sunt.

Nro. XCVIII.

Venditio castri Trasp in Valle Engadina atque suarum appertinentiarum, a Swichero de Reichenberg Alberto Tyrolensi comiti facta.

(E membranis manuscriptis Burglehneri.)

Actum in Prutz 5. November 1239.

In Nomine altissimi Domini. Eis, quae fiunt a modernis, novercari solet posteritas, nisi scripto praecaveantur: Unde scribi placuit, conventionem et concordantiam Domini *Alberti Illustris Comitis de Tyrol et Schwickeri de Reichenberg* super *Castro de Traspes*, videlicet ipse dictus *Schwicherus* vendidit dictum Castrum Domino Comiti *pro recto feudo suo*, et haereditario, cum vigiliis et viis, introitibus, et exitibus ejusdem castri, et sic idem defensor suus debet esse, contra omnem hominem inter omnes homines suos proprios, et feudales nominatim XXXVIII. Conjugales seu conjugatos, in quibus maritus vel uxor, sua vel suus: et nominatim LXXXIII. homines, in quibus unam vel duas, vel tres vel quatuor habet partes.

Ad haec omnia bona sua, allodia et feudalia nominatim ad 900. *Schot*, minus XL. *Schot*, ita ut unus modius frugum cedat pro duobus *Schot*, et

duae oves cedant pro V. *Schot*, et unum *brachium Grisei panni* pro uno *Schot*: haec omnia supra dicta, tam in hominibus, quam possessionibus aliis quaesitis et inquirendis *inter pontem Martini et pontem Altum*, et quidquid habet *in valle Engedina* exceptis duobus servis *Ulrico* et *Saracino*, vendidit et dedit vice atque jure legitimae venditionis, Domino Comiti pro 600 marcis, *ad pondus Tridentinum et Argenti Tridentini*, vel X. M. Veron. pro marca et defensor suus et heredum suorum debet esse in omni loco et tempore, contra omnem hominem spiritualem et saecularem, et quidquid melius et cautius visum fuerit Domino Comiti ad conservationem istius venditionis et cautelae sibi et haeredibus suis profuturam, *Swicher* facere tenetur, et debet bona fide, sicut fortius et melius potest. Huic pacto est adjectum, quod X. marcae argenti cedant pro una marca rituum, et si minus vel plus fuerit in illis nongentis *Schot*, tanto minus vel plus erit in argento. Idem erit in illis XXXVIII. conjugatis hominibus, et si in illis LXXXIII. hominibus plures vel pauciores erunt, pro arbitrio Domini *Eberhardi de Starchenberch et Domini Taranti et Chunonis junioris*, et *P. Schalclini* erit, minuere vel augere in argento. In ista supradicta venditione non est *Jus vice dominatus* et feudum hominum *Swicheri*. De illis 600. Marcis datae sunt ad manus CC. Marcae, et a festo Sancti *Andreae* ad annum dari debent CC. Marcae. Iterum ab illo termino ad alium an-

num, aliae residuae CC Marcae, in quibus quadringentis marcis se obligaverunt obsides Domini *Tarantus*, Dominus *Ecclo de Schengels*, *R. de Malles*, *P. Schalcling*, *F. de Sluse*, *Chuno junior de Laudeck*, *Al. de Nuders*, *G. de Starchenberch*, *O. de Schrofenstein* et *C.* frater ipsius, ita ut si praefata pecunia non dabitur, in dictis terminis, *ipsi intrabunt in forum Merani*, non inde exituri praecipue de nocte, ni debita solutio fiat. Et si Dominus Comes non esset, quod Deus avertat, nihilominus ipsi facere tenentur, nec a *Swichero* debent commoneri se ad assignandum. Ut autem dicta solutio fiat in deminatis terminis, *Swichero* et filio suo, et si ipsi non essent, heredibus, ad quos legitime devolvitur, illi X. obsides dabunt fidem suam in manus ipsius *Swicheri* et *fratrum de Swangao*, *Heinrici* et *Hiltipoldi* et *Engelmari Taranti*. Ut autem omnia supra dicta conserventur inconvulsa, placuit ea scribi, et sigillis Domini Comitis et *Swicheri* corroborari cum testium appositione, qui sunt omnes supra nominati, et *Comes Hainricus de Hertenberch*, *Witilo de Taur*, *Lazarius de monte Sancti Blasii*, *Ulricus de Vellenberch*, *Hermannus de Snattenhusen*, *Albertus Gralle*, *E. Pasaganus*, *O. de Etinsloch*, *Chuno senior de Laudech*, *Witigo de Pach*, *H. de Pernech*, *Ch. Mihsel*, *Griffo de Fragenstein*, *Ch. de Nuders*, *Ch. et Fridericus scriptores*, et alii quam plures. Actum *apud Bruttes* Anno Domini Millesimo Ducentesimo, Tri-

cesimo nono, quinto die intrante Mense Novembris.

Nro. XCIX.

Investitura Meinhardi Goeritiae Comitis, Alberto Tyrolensi comiti socero, feuda sua patriarchatus Aquilejensis, Ducisque Carinthiae concedentis.

(Ex collectione Cl. Buellii.)

Actum Patriarchsdorf 29. Septembris 1237.

† In Nomine Sancte et Individue Trinitatis, Amen. Notum sit universis Christi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam intuentibus, quod *illustris Comes Meinhardus Goricie ac Ystrie et advocatus Aquilegiensis ecclesie, infeudavit legitime socerum suum preclarum, Comitem Albertum de Tyrol.* omnibus feudis suis, quibus infeudatus est a domino *Patriarcha Aquilegiensis* ecclesie, et a *nobili duce Karinthye Bernhardo* quesitis et non quesitis, ubicunque constitutis. Jam dictus igitur *comes Meinhardus* dedit nuncios subscriptos *comiti Tyrolensi* ad intromittendum, se in possessionem feudorum premissorum, scilicet Dominum *Hainricum de Welfsperch*, Dominum *Ulricum de Risenberc*, Dominum *Hainricum de Lienz castellanum*, et ut hec irrevocata permaneant, presentem paginam utriusque sigil-

li munimine roborari decreverunt. Hec autem acta sunt *apud Patriasdorf in estruario Eberhardi plebani ejusdem loci.*

Anno 1237. III. Kalendas Octobris, Indictione X. Hujus rei testes sunt Dominus *Leonhardus de Schönenberc*, Dominus *Leo plebanus de Matrey*, Dominus *Syboto plebanus de Louwant*, Dominus *Eberhardus plebanus de Luonz*, Dominus *Amelrieus* et Dominus *Hermannus* sacerdotes, *Rubertus* scolasticus, Dominus *Ulricus de Rifenberc*, Dominus *Hainricus de Welfsperch*, Dominus *Cholo* et Dominus *Volkerus* fratres *de Vlahsperc*, Dominus *Hainricus de Corov*, Dominus *Hainricus* et Dominus *Fridericus de Luonz*, Dominus *Hainricus de Gesiez*, Dominus *Albertus de Urge*, *Otto Welf*, Dominus *Jacobus de Sumersperc*, Dominus *Hainricus de Guvedun*, Dominus *Rubertus Movsouge*, Dominus *Chuonradus* et Dominus *Chuono* fratres, Dominus *Hartwicus Pincerna*, *Cives in Luonz*, Dominus *Rutlebus*, Dominus *Choufmannus*, Dominus *Hiltprandus*, Dominus *Leo*, Dominus *Perhtoldus*, Dominus *Dipoldus*, *Fridericus de Lowant*, *Pertoldus* Patriarcha et alii quam plures.

Nro. C.

Divisio possessionum ex hereditate Alberti Tyrol. Comitis adeptarum, inter Mainhardum Goritiae comitem et Comitem Gebhardum de Hirschberg.

(Ex apographo.)

Actum apud Meran 10. Novembris 1254.

In Christi Nomine, amen. Quoniam hominum facta per antiquitatem temporis, tum per fragilem memoriam in oblivionem hominum saepius relabuntur, ad auferendam malignandi materiam hominibus maliciosis, quod juste et bene fit, convenit scripture testimonio roborari. Nos igitur *Meinhardus Comes Goricie* et *G. Comes de Hierzberch* notum facimus tam modernis, quam futuris, quod super devisione bonorum quondam Comitis *Alberti de Tyrol soceri nostri* de bona et optima voluntate utriusque nostri in viros providos et discretos, mediatores ab utraque parte elegimus, videlicet *Volchmarum de Kemenaten*, *Ulricum de Reiffenberch*, *Willehelmum de Aichach*, quibus publice juramento praestito coram viris idoneis compromisimus, quod quicquid suprascripti inter nos de parte nominata dicerent, et quos terminos inter nos ponerent, quorum mediatorum dictis, sub juramento promisimus fide debita subjacere. Mediatores vero circumspec-

ti in hunc modum convenerunt, in *prato Merani* publice nobis et multis astantibus pronunciaverunt, quod *G. Comes de Hierzberch cum domina Uxore sua filia quondam Comitis Tyrolis, a Termino, ubi officium Ulrici de Schrovenstain, ac ubi inchoatur officium de Fliess, id est in ponte Prienne per totam Vallem Eni, versus Ensbrucke* et deinde usque ad pontem, qui *Holtzbrucke* vulgariter nuncupatur. Gaudeat omni Dominio proprietatis feodorum, advocacie et in vestitione Vasallorum de bonis positis in terminis nominatis. Caeterum a ponte *Prienne*, nobilis *Comes Meinhardus et Domina uxor sua et sui haeredes* habebant totum Dominium *quondam Comitis Tyrolis a loco nominato usque Landeke*, et deinde inferius omnia in *Ducatu Tridentino* constituta et universa in *Episcopatu Brichsinensis Ecclesiae* sita. Deinde usque ad pontem *Holtzbruke* et deinde *versus in Carinthiam* et *Forum Julii* quaesitis et non quaesitis cultis et incultis cum omni jure Advocacie, proprietatis, collatione feodorum bonorum positis infra terminos praenominatos, praeter solam *Advocatiam Ecclesiae in Brichsina*, que in vulgari *Castenvotay* dicitur, quam *Comes de Hierzperch* pro parte sua pacifice sicut alia sibi debita possidebit, *collatione feodorum, que ad Castenvotay pertinet*, penitus nunc exclusa, de quibus nos ambo Comites non eramus concordes, sed mediatores dicti adhuc tenentur de hoc decidere veritatem. Item omnia feoda, quae *quondam Comes Tyrolensis* habuit, et non-

dum obtinuimus, neuter nostrum non debet in praejudicium alterius sibi acquirere, sed simul de rebus et laboribus utriusque requirantur, lucrum, utilitatem, dampnum, quod absit, unanimiter comportantes: omnia vero feoda *extra Ducatum Tridentinum et Episcopatum Brichsinensis Ecclesie* constituta, neuter nostrum sine voluntate alterius tenetur conferre, nisi in hoc, ambo fuerimus libere concordati. *Feodis in Karinthia et Foro Julii* exclusis, que *Mainhardus Comes Goriciae* debent conferre tantum, sicut eorum placuerit voluntati. Insuper *Domina Elisabeth. Filia quondam Comitis Tyrolis et Gebhardus Comes de Hierzberch*, *maritus ejus*, nec ejus heredes non debent impetere comitem *Goritiae* et suos heredes, *de dote et proprietate Dominae Uthe*, *quondam Comitisse de Tyrol*, que jure hereditario ad comitem *Goritie* et suos posteros — de *Hierzberch* — *et ejus uxori* — *Domine Elysabethe*, bona et partem hereditariam nunc factam et ipsis de bonis quondam Comitis *Tyrolis* deputatam, aliquo modo a Domino Comite *Goricie*, et suis heredibus alienare, nisi ipsi hoc apud Comitem de *Hierzperch* et ejus uxorem demeruerint gravi et in enormi excessu. Et neuter nostrum in Dominio et parte alterius non debet nomine emptionis seu alio modo sibi aliquid subjugare. Insuper Comes de *Hierzperch* non inpediet *Ottonem* juvenem dictum *Welf*, in Castris, hominibus, feodis et coeteris bonis suis, ubicunque eadem fuerit constituta. Et si *Heinricus de Welfsberch* dictum filium *Welf*

fratris sui, proponeret in aliquibus indebite gravare, Comes de *Hierzberch* una cum comite *Goricie* ad optinendum jus ejusdem pueri dabunt consilium et juvamen. Comes vero *Goricie* et sui heredes pro dampnis Comitis *Tyrolis* in solutione perceptis et adhuc in solutione filiorum Domini Comitis *Goricie* percipiendis, ammodo a Comite de *Hierzberch*, et ejus uxore nullam querant sui dampni et Gravaminis restitucionem. Nos vero ambo Comites alter alteri favore et consilio respondebimus, pactum et statutum firmiter observantes, quod dicti mediatores nostri inter nos duxerint statuendum. Hujus rei testes sunt *Ch.* Episcopus *Frisingensis*, *Fridericus* et *Beraldus* fratres *de Wanga*, *Ulricus de Toufers*, *Ille de Weilheim*, *Heinricus de Abtspach*, *Suikerus de Montalban*, *Arnoldus de Rodnich*, *Volchmarus de Chemenaten*, *Ulricus de Reiffenberch*, *R. de Dewino*, *Berchtoldus*, et *Engelmarus Tarandi*, *Wilchelmus de Aichach*, *Chrello*, *Berchtungus de Mais*, et alii. Ad stabilem et firmitatem praesentium sigillorum impressionibus hoc fecimus scriptum roborari.

Acta sunt hec, apud Meranum, anno Graciae 1254. X. intrante Novembris XII. Indictione.

Nro. CI.

Concordia Mainhardi Göritiae Comitis, et Adelheidis Tyrolensis ejusdem uxoris, cum Nanneso de Ramiss, nobili praepotenti vallis Engadinae.

(Ex collectione Eggeriana.)

Actum in castro Tyrol 28. Martii 1256.

Anno Domini 1256. Indictione XIV. Die Martis, IV. exeunte Martio, *in castro de Tyrol*, in praesentia Domini *Ottonis Burggrauuii, de Spengenberch*, domini *Henrici Purgravii de Lunzen*, domini *Conradi* sui filii, domini *Engelmari Taranti*, domini *Alberti*, et Diati de *Fürmiano*, domini *Friderici de Gesies*, *Wernhardi Purcravii de Görz*, et aliorum testium rogatorum, ibique domini *Meinhardus Comes Goritiae et Tyrolensis et ejus uxor nobilis comitissa Goritiae et Tyrol*, talem fecerunt promissionem, et fuerunt in concordia cum *Nanneso de Ramüsse*, ut ipse Nannes debeat aedificare et *levare castrum unum in valle*, *seu in officio de Engedein*, sub tali pacto et promissione habito inter ipsos: Quod si mons, super quem vellet aedificare, esset allodium dicti Nannesi, tunc debet eum refutare in dictum dominum comitem *Meinhardum* et suam uxorem, et in eorum heredes, et recipere ab eis ad rectam Purichute, et ad eandem Promissionem, prout esset al-

lodium seu proprium dicti D. Comitis: Sed si mons est domini comitis *Meinhardi Goritiae et Tyrolis*, tunc debet eum aedificare, et munire et custodire, et insuper esse, prout *Castellanus suus seu Burgensis* in dicto castro, ipse et sui haeredes ad rectam Purichute, promisit quoque dictus Nanneso pro se et suis heredibus dicto domino *Comiti Meinhardo et suae uxori Dominae Alhaidi Comitissae* et eorum heredibus, dictum castrum observare et custodire et apertum habere et tenere, quandocunque dictus dominus Comes et ejus uxor et eorum heredes indiguerint seu petierint a dicta Nannesio et a suis heredibus, et eis jugalibus, et eorum haeredibus astare et perpetualiter adjuvare bona fide sine fraude, contra omnes personas et nunquam contra ipsos esse nec facere: Quod si hoc ita non attenderet, vel contra ipsos dominum *Meinhardum* comitem et ejus uxorem, et eorum heredes in aliquibus procederet vel faceret cum dicto castro, vel contra eorum adjutores speciales, quod dictus Nanneso debeat amittere vel ejus haeredes dictum castrum, et specialiter omnia allodia et feuda dicti Nannesi, et debeant eadem ledige et libere in dictum dominum Comitem et ejus uxorem et in eorum heredes sine contradictione dicti Nannesi vel suorum haeredum transire. Promisit quoque dictus Nanneso sub poena 500 marcarum argenti, omnia suprascripta et singula firma et rata habere, et tenere, et non contravenire vicissim, ut dictum est. Poena vero soluta vel non

soluta tamen nihilominus attendere sub obligatione omnium et suppellectilium, et ea, quae de generali obligatione tacite excipiuntur, fideijussores et principales debitores pro his quingentis marcis nomine poenae constituerunt se Dominus *Udalricus de Touuers*, dominus *Wilhelmus de Aichach*, dominus *Conradus de Schrouenstain*, Domini *Bertoldus et Hartmannus fratres Tarranti*, dominus *Wilhelmus de Brunnemberc*, dominus *Duringus de Fürmiano*, dominus *Henricus de Mammingen*, Dominus *Swikerns de Reichenberc*, quilibet eorum *in solidum*, ad quem dictus dominus Comes, et ejus uxor, et eorum haeredes tenere voluerunt, *sub obligatione omnium suorum bonorum*, et *Epistolae divi Adriani* omnique novae et veteri constitutioni renunciaverunt, ratione, quod non possent dici, quod principaliter debitor seu promissor prius sit conveniendus, quam fideijussores, promisit etiam dictus Nanneso, quod non debeat capere nec aedificare dictum castrum antequam dictus dominus Comes ei demonstraverit — — quem vel qualem montem velint aedificare, quando ascenderit in vallem ipse dictus dominus Comes, et nec antea. Juravit quoque dictus Nanneso, omnia illa firma et rata habere — — et ita duo brevia in uno tenore fieri fecerunt. Die et Loco et testibus supra scriptis: ibique dominus *Mainhardus*, Comes *Goritie et Tyrolis* verbo et voluntate dominae *Alhaidis*, uxoris suae comitissae, recepit dictum Nannesum, in suam gratiam — — promisit quoque — sub poe-

na 500 marcarum argenti dicto Nanneso adjuvare et manu tenere — — — fideijussores et principales debitores pro dictis 500. marcis, constituerunt se dominus *Udalricus de Touuers*, Dominus *Wilhelmus de Aichaoh*, Dominus *Hartmannus Tarrantus*, Dominus *Henricus de Meringen*, quilibet eorum *in ſolidum*, *ſeu obligatione omnium ſuorum bonorum*, *renunciaverunt exceptioni*, qua non possent dicere, *quod principalis promiſſor prius conveniendus ſit quam fideijuſſores et Epiſtolae divi Adriani* — — *et quod electio unius non liberet alium*; sub tali pacto, quod si — dominus comes non attenderit, quod fideijussores attendant.

Ego Bertoldus, filius quondam *Bertoldi de Bozano*, sacri *Palatii* notarius interfui rogatus, et scripsi.

Nro. CII.

Diviſio poſſeſſionum omnium, Mainhardi et Alberti fratrum, Tyrolis et Goritiae Comitum.

(E Schedis Cl. Puellii.)

Actum in castro Tyrol 1271. 4. Martii.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCLXXI. indictione XIV.

Die Mercurii IV. intrante Marcio, *in castro Tyrol*, presentibus dominis *Heinrico comite de Esenloch*, *Hartmanno Tarando de Tyrol*, *Heinrico de Meringa scriba*, *Heinrico de Mitterburch*, *Jacobo de Ragovia*, *Friderico de Eborstain*, *Leopoldo et Gerlocho* de eodem loco, *Ernesto de Luenz*, *Hainrico*, *et Friderico de Castro sancti Michaelis*, *Chonrado scriba plebano de Eznik* testibus, et aliis. Domini *Meinhardus et Albertus fratres illustres Comites Goritie, et Tyrolis* volentes patrimonium, et hereditatem suam, ac alia bona inter se dividere, sic fuere concordes: quod *Clusam in Haslach* tam ex una parte *fluvii Rienz*, quam ex altera usque *ad cacumina montium*, *limitem utriusque comitatus et Dominii* scilicet *Goritie ac Tyrolis* concorditer statuerunt; ita videlicet, quod omnia et singula, que a dicta Clusa infra versus *Tyrol*, et ejus dominum et Comitatum in allodiis, feudis, advocatiis, jurisdictionibus, homagiis, honoribus, ministerialibus, et omnibus aliis, ac quibuscunque bonis et juribus quesitis et non quesitis, cultis et incultis existunt, ad Comitatum et Dominium pertineant *Tyrolense*: quae resignante ac dante domino *Alberto* Comite praelibato in manibus D. *Meinhardi* comitis fratris sui, in partem cesserunt ipsi comiti *Meinhardo* libere et absolute, salvis et *exclusis Theloneis universis*, *et moneta de Merano*, quae *infra Comitatum et Dominium Tyrolense* existere dignoscuntur, et bonis, Castris, juribus Ecclesiae, ac *Civitatis Tridentinae*, ac totius ejus distric-

tus, atque *castro Persen per violentiam occupatis*. De *Theloneis* quidem predictis Domini Comites antedicti inter se taliter concordarunt, quod Dominus *Meinhardus* Comes *Tyrolensis* trecentarum marcarum redditus de uno vel pluribus *Theloneis* pretaxatis ut sibi magis placuerit, singulariter habeat, et absolute in parte sua, qui redditus pro redditibus, in quibus superabundabat comitatus Goritie redditibus comitatus *Tyrolensis*, ipsi Domino *Meinhardo* Comiti sunt dati et deputati; residuis *Theloneis*, et moneta predicti Comitatus et Dominii *Tyrolensis*, ac juribus et bonis quibuscunque prelibatis Ecclesiae Tridentine per violentiam occupatis, inter ipsos D. Comites equaliter dividendis, salvo jure ecclesiarum et personarum, que a solutione — *Theloneorum* sunt exceptae, et Dominus *Albertus* comes *Goritiae*, *in custodia civitatis Ecclesiae Tridentine, ac munitionum ejus*, equales facere debebit — expensas. Cum autem ipsi Domino *Meinhardo* comiti visum fuerit expedire, quod cum Episcopo Tridentino, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, concordie ineant unionem, super restituendis sibi praedictae civitati Tridentinae, castris juribus et bonis quibuscunque — hoc facere debebit — requisito. — — Domini Alberti fratris sui consilio et assensu, que sibi non debebit fraude vel notitia denegare: Et quidquid pro tali concordia unus vel ambo dictorum fratrum perceperint, equali inter se dividant portione. De Domino *Heinrico de Welfesperch*, et *Ottone* dicto *Welf* sepedicti

D. Comites sic fuerant concordes, quod ipsi ministeriales ambo sint Domini *Meinhardi* comitis *Tyrolensis*, et eorum pueri utriusque sexus, quos habent vel habituri sint, inter ipsos D. Comites equaliter dividantur. Quod si quilibet vel alter dictorum ministerialium unum tantum filium habuerit, is filius de Ministerialibus dicti Comitis *Goritie* tenebitur ducere uxorem, et liberi ex tali matrimonio procreati inter dictos Dominos Comites equaliter dividantur. Quod si predicti H. *Welfespergarius*, et *Otto* dictus *Welf*, vel alter eorum sine herede masculo decesserit, feuda et bona ipsorum ac homines vel alterius eorum cuilibet dictorum D. D. Comitum cedent, sive ab eis, sive ab aliis, quibuscunque Dominis ea visi fuerint possedisse, in integrum et in totum possidenda, prout in eorum Comitum sunt terminis constituta. Sane *Domina Elisabeth uxor D. Meinhardi Comitis Tyrolensis refutavit* et dedit *in manibus D. Alberti comitis Goritie* jura, que *in Castris Sanct Michaelspurg et Rasen* ac hominibus, et bonis ibidem sibi ratione dotalicii competere videbantur, vel etiam competebant, dans eidem Domino *Alberto* Comiti nuncium D. *Heinricum*, de dicto *S. Michaelspurg*, qui eum in corporalem possessionem mittat. — — — Verum dictus D. *Meinhardus* Comes *Tyrolensis* tenebitur et debebit D. *Albertum* Comitem, fratrem suum adjuvare, cum 200 personis armatis contra ecclesiam aquilegiensem et Patriarcham, quamdiu de praesenti Gwerra cum ipsa ecclesia vel pa-

triarcha non fuerit concordatus, et tenebitur ipse dominus *Meinhardus* comes, et debet contractui concordie proximo iminenti inter ipsam Ecclesiam Aquilegiensem, et prefatum comitem *Albertum*, personaliter interesse, ac bona fide procurare quod ipsa concordia reformetur. Item idem D. *Meinhardus* comes tenebitur et debebit fideliter procurare, quod sibi et fratri suo *castrum Linte* cum suis pertinentiis per *Salzburgensem* Electum vel Archiepiscopum conferatur in rectum et legale feudum, quod quidem castrum cum suis pertinentiis ad ipsum Comitem *Albertum* solum pertinebit. Ex alia vero parte *cluse in Haslach* utrobique dicti fluvii Rienz usque ad cacumina montium infra *versus Luenz*, et alias partes comitatus et Dominii *Goritie*, omnia et singula allodia, feuda advocatie, jurisdictiones, homagia, jura, honores, ministeriales, et homines alii, bona quesita et non quesita, culta et inculta, et nominatim *Vasallatica in Cadobrio*, ex quibus D. *Gerhardus de Camino* est *Vasallus* comitum predictorum, ad comitatum et Dominium *Goritie*, et Dominum *Albertum* comitem ibidem in totum, et integraliter pertinebunt; salvis *Theloneis* et *Geleite* ipsius comitatus et Dominii *Goritie*, quae inter memoratos, D. Comites sunt equaliter dividenda. Debita quoque omnia, que infra comitatum et Dominium *Tyrolense* per ipsos D. D. Comites sunt contracta, D. *Meinhardus* comes solus persolvet; similiter debita omnia per ipsos comites in comitatu et Dominio *Gori-*

tie contracta, solus persolvet comes *Albertus.* Item bona hereditaria, que dicti Domini comites ad se devolui exspectant, cum vacaverint, et ad manus unius ipsorum vel amborum comitum ex morte possessorum ipsorum bonorum devenerint inter ipsos comites sunt equaliter dividenda. Item tale pactum sepedicti D. Comites sponte ad invicem fecerunt, quod si ministeriales vel ministeriales alterius eorum, alicui ministeriali, vel ministerialium alterius ipsorum nupserint, pueri ex hujusmodi matrimonio vel matrimoniis procreati equaliter debent dividi inter comites memoratos. Item ipsi D. Comites inter se concorditer statuerunt, quod si alter eorum, quod absit, decesserit sine herede ad alium ipsorum, qui superstes fuerit, vel ejus heredes bona defuncti universa feuda et allodia non obstante divisione predicta libere devulvantur, ac integraliter revertantur; Item dicti Comites ad invicem promiserunt firmiter et constanter, quod alter ipsorum alium non impediet in omnibus supradictis, vel aliquo predictorum, vel aliquod damnum aut fraudem non inferat, vel in prejudicium alterius eorum aliquas munitiones non erigat, aut emptiones de bonis, hominibus, jurisdictionibus, seu quibuscunque rebus aliis infra comitatum alterius et Dominium constitutis contrahere non debeat sine alterius voluntate et assensu. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta prefati D. D. Comites corporaliter juraverunt inter se observare, et rata ac firma tenere, et non venire

contra predicta, vel aliquid predictorum, aliqua racione, ingenio, sive causa. Nihilominus penam super hoc statuentes, quod si alter eorum contra predicta, vel aliquid predictorum fecerit, vel venerit, nisi infra duodecim septimanas, postquam super hoc fuerit requisitus, passo damnum vel injuriam emendaverit, hanc penam incidat et incurrat, videlicet D. *Meinhardus* Comes Castrum *Gufedaun*, cum pertinentiis suis omnibus pro pena ammittat, ad D. *Albertum* Comitem libere devolvendum: E converso D. *Albertus* comes *Castrum Virgen* cum tot redditibus et pertinentiis, quot habet *Castrum Gufedaun* similiter ammittat pro pena ad dictum D. *Meinhardum* Comitem devolvendum. In predictorum autem omnium testimonium evidens, et stabilem firmitatem presentem paginam super his conscriptam sepedicti D. D. *Meinhardus* Comes *Tyrolis*, et *Albertus* comes *Goritiae* sigillorum suorum pendentium fecerunt munimine roborari.

Nro. CIII.

Friderici de Wangen, in Episcopatum Tridentinum immissio, ſententiae celebres imperiales de Feudis, et de non alienandis nec oppignorandis eccleſiae bonis.

(E schedis Buffianis.)

1207. 1214. 1220. demum 1237. in campo Martio prope Tridentum.

In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti, Amen etc. Anno Domini nostri Jesu Christi 1207. Ind. X. die Jovis nono intrante mense Augusti, in Choro, et Capitulo Ecclesiae B. Vigilii, ad honorem et statum ejusdem Ecclesiae et totius Epispatus, et civitatis, electus est, et publicatus *ſereniſſimus Dominus Federicus de Wanga* in *Episcopum Tridentinae Eccleſiae* suprascriptae, et honorifice confirmatus *per D.* — — Venerabilem *Episcopum Tarviſium*, et Dominum *Albertum Presbytherum Mantuanum Nuntios et Delegatos a Domino Innocentio Papa*, *ſecundum tenorem ſententiae latae ab eo* Domino *Papa*, *ſuper cauſa*, quae coram eo vertebatur, *inter Dominum Conradum 9num Tridentinae Eccleſiae Epiſcopum*, et *Capitulum Tridentinum*, et *de Regalibus honorifice* investitum a Domino *Ph. Inclito Rege Romanorum in Palatio de Nurinberg*,

coram multis Principibus et aliis militibus die Dominica IV. intrante mense Novembris, et in eodem anno et mense die Dominico 15. exeunte die Dominus Electus cum maximo triumpho et gloria ascendit Palatium suum Episcopalem, cujus honor et virtus sit in saecula saeculorum, Amen.

Sententia Imperialis de Feudis.

Fridericus secundus divina favente Clementia *Romanorum Rex*, et semper Augustus, et Rex *Siciliae*, Constitutus in praesentia Regiae Eminentiae dilectus *Princeps*, *Vicarius*, *et Legatus noster Fridericus Tridentinus Episcopus* per sententiam Curiae, et Principum requisivit, si aliquis Dominus contulerit alicui Vasallo suo Feudum de Camera non locatum, neque denuntiatum, et si Vasallus talis feudi distulerit per aliquos annos feudum illud, a Domino unde illud habitum est, requirere per se, vel per certum Nuncium, si Dominus ille teneatur ultimo anno, quo forte Vasallus voluerit petere Beneficium suum, de singulis annis solvere proventus feudi detenti, sicut superius praelibatum est, an non? De hoc inquisitus a nobis fidelis noster *Chalotus de Chirchberg* per Districtum fidelitatis sententialiter protulit, et firmavit, Dominum illum nequaquam teneri in solutione talis feudi, detenta forma supradicta duntaxat, si Vasallus potuit requirere feudum suam, et non fecit, quam sententiam per subsecu-

tionem totius Curiae nostrae confirmatam ratam habentes, Regia confirmamus authoritate, et perpetuo volumus sine alicujus personae contradictione observari. Ne autem pro temporis transitu haec juste lata sententia oblivioni tradatur, hoc scriptum inde fieri jussimus sigillo Majestatis nostre roboratum. Testes, qui interfuere, hi sunt, *Otto Frisingensis* Episcopus, *Manegoldus Pataviensis* Episcopus *Henricus Aistetensis* Episcopus, *Conradus Brixinensis Episcopus*, *Ludovicus Dux Bavariae*, *Albertus Comes Tyrolis*, Comes *Chunradus de Zoliren*, *Albero de Wanga*, *Hugo de Tuuers*, *Dieto de Rauenspurch* Camerarius Imperii, *Henricus Nobilis de Niffen*, *Anselmus de Justingen* et alii quam plures. Datum Augustae in Curia solenni, anno Domini 1214. Indict. 2da 1. Kalendas Martii.

Anno Domini 1220. die Mercurii X. exeunte Januario, in Tridento, in Palatio Episcopatus, Testibus Domino *Enrico Decano*, Domino *Gerardo Archidiacono*, Domino *Odor. de Seiano Archibr'*, Domino *Giroldo*, Domino *Henrico de Crompach Can.*, Dominus Comes *Odor. de Piano*, Dominus *Adel. de Wanga*, Dominus *Brianus de Castrobarco*, *Jacobus de Lizana*, *Peregrinus de Portella* et alii: Ibique coram Domino *Alberto* Dei gratia *Tridentinae Ecclesiae Electo*, et ejus auctoritate, et praecepto Dominus *Petrus de Malusco Judex* pro eo legit litteras, sigillo Domini *Federici* Dei gratia *Ro-*

manorum regis, et semper *Augusti*, sigillatas, quarum tenor talis est. — — *Federicus* Dei gratia *Romanorum Augustus*, et *Rex Siciliae* universis fidelibus Sac. Imperii hanc paginam inspecturis gratiam suam, et omne bonum, dilectus *Princeps* et fidelis noster *Albertus Tridentinus Electus*, nuper apud *Augustam* in persentia nostra constitutus per sententiam Principum, et aliorum fidelium nostrorum obtinuit, quod cuicunque pro violenta alicujus mulieris oppressione bona sua in Judicio fuerint abjudicata, idem de coetero sine manu et voluntate feudatarii nihil de *Feudo* suo possit aut debeat facere vel ordinare. Item quaesivit et obtinuit, quod quicunque aliquem *proscriptum*, vel *bannitum*, postquam a suo Judice fuerit denunciatus et interdictus receperit, vel consilium vel adjutorium ipsi dederit, eandem poenam in persona, domo, ac rebus aliis pati debet, et subire, quam ipse proscriptus, seu bannitus de jure deberet. Dat. *Augustae* pridie cal. Januarii, Indictione 8. quae laudamenta, ut superius continentur, praememoratus Dominus Albertus Electus imperavit mihi Notario infrascripto *Corradino*, ut illa ejus praecepto et auctoritate rescriberem, et in hanc publicam formam reducerem, Notarii I. authenticum supra scriptarum litterarum sigillo Domini Regis sigillatarum vidi et legi, et exemplavi, et ex supra scripta auctoritate mihi data in hanc publicam formam redegi.

Anno Domini 1237. Ind. X. die Martis 12. intrante Augusto in *Campo Martio* sito *apud Civitatem Tridenti*, in presentia Dominorum Comitis *Gebhardi de Hennerſtain*, *Ezelini*, *et Alberici fratrum de Romano*, *Adelpreti Comitis Tyrolis*, *Nicolai de Tunno*, *Torelli de Papia*, *Olderici*, *Pellegrini de Ramboldo*, *Swicherii*, *Zachaei de Roſſo*, *Mathaei* Notariorum pluriumque aliorum.

Ibique Dominus Invictissimus *Fridericus* Dei gratia *Romanorum* Imperator, semper *Auguſtus*, *Hieruſalem* et *Siciliae Rex*, praecepit Domino *Aldrico*, Dei Gratia *Tridentino Episcopo* presenti, et in poena suae gratiae, et per fidelitatem, qua ei tenetur, quod ipse Dominus Episcopus per se, nec per aliquam interpositam personam debeat *infeudare*, *pignori obligare*, nec alio modo *alienare*, sub aliqua occasione, nec sub aliqua specie *aliquid de bonis ſui Episcopatus Tridenti*, et si aliquam inde fecerit obligationem, infeudationem, pignorationem, seu aliquam alienationem, ipsam, et ipsas, ipse Dominus *Romanorum* Imperator penitus cassavit, et irritavit, et nullas esse pronunciavit.

Nro. CIV.

Ulricus et uxor ejus Luikardis de Freundsberg, una cum filiis suis Conrado et Friderico, fundant monasterium in Mariathal, prope Vuldepp.

(E scriniis ejusdem dissoluti coenobii.)

15. Januarii 1267.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Nos *Conradus et Fridericus fratres dicti de Freuntsperch*, Notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, praesentem paginam intuentibus aut inspecturis, quod nos una *cum Patre nostro Domino Ulrico piae memoriae*, et reverenda *matre nostra Luikarde*, profitemur dedisse praedium *in Vulteppe*, cum quaesitis et non quaesitis ex ista parte fluvii, qui dicitur *Vulteppe* cum omnibus suis attinentiis ad cellam construendam, in qua omnipotenti Deo, diu noctuque servitia a Religiosis exhibeantur. Ex altera parte fluvii, quicquid aratum est, cum Aratris spectans ad idem praedium usque ad pratum, quod dicitur, *Schonwise* claustro profitemur, Preterea dicimus, quod quemcunque, quaestum caenobium illud potest habere, usque ad pratum *Schönwise* plenarie debet retinere, excepto eodem Prato, quod nostrum est, nostrorum, et haeredum, Noster etiam quaestus plenarie procedat us-

que ad fluvium praenotatum, et haeredum nostrorum. Insuper dicimus quicquid de lignis idem Claustrum necesse habuerit, una nobiscum usque ad Pratum *Schönwise* perfruatur. Fatemur etiam, quicquid de gregibus pecorum coenobium habere poterit, intrent, et exeant postposito Jure nemorali. Dominum vero nemorale nostrum est, et nostrorum heredum. Profitemur etiam, quod quicquid juris Claustrum debet habere *in Alpe*, *quae Zuor Zous* nuncupatur spectans ad idem claustrum, libere debet habere. Confitemur etiam, quod coenobium illud a nobis nunquam destruetur. Volumus etiam illud promovere omni nisu, quo possumus et valemus. Adjicimus etiam, quod si quis praefata praedia, quae nos *Ulricus* senior dictus de *Freuntsperg*, ac praedicti fratres *Conradus* et *Fridericus* ad praenominatum Claustrum *Vulteppe* contulimus, commutare vellet, aut transferre ad alium locum, nisi ad praedictum locum *Vulteppe*, eidem praedia ad nos et ad nostros heredes devolvantur libere et absolute. Et ut haec rata et inconvulsa permaneat, praesentem paginam conscripsimus et Sigillis nostris, ac dilectae Matris nostrae fecimus communiri. Hujus rei testes sunt Dominus *Gebhardus Comes de Sigmaeringe*, Dominus *Conradus* et Dominus *Fridericus* Fratres *de Freuntsperch*, Frater *Reinpertus de Monte S. Georgii*, *Henricus* Notarius Domini *Friderici*, *Henricus de Freuntsperch*, *Meinhardus* frater suus, *Hiliprandus de Liechtenwerde*, *Ulricus Cholbo*, *Hil-*

poldus, *Liebhardus de Moerenstein*, *Conradus de Pongoe*, *Grifo*, *Milites*, *Conradus* frater suus, Dominus *Fridericus de Poumchürchen*, Dominus *Conradus de Ahlitten*, Dominus *Conradus de Harde*, *Conradus de Schwarzenberch*, *Henricus* frater suus, et alii quam plures.

Acta sunt haec Anno ab Incarnatione Domini 1267. 18. Kalend. Februar.

Nro. CV.

Investitura Hartmanni Episcopi Augustani collata Meinhardo et Alberto Comitibus Goritiae de feudis, quae tenuit Albertus Comes Tyrolensis.

(Ex Collectione Eggeriana.)

1263. 19. Junii.

Hartmannus Dei gracia Ecclesie *Augustensis Episcopus* universis presentium inspectoribus salutem in Jesu Christo. Noverint tam posteri, quam presentes quod Nos dilecto *Avunculo nostro D. Ludevico Comite Palatino Rheni*, *Duce Bawarie* mediante, eoque inter nos et nobiles viros, *Consanguineos nostros Meinhardum et Albertum Comites Goricie et Tyrolis*, plenam amicitiam ordinante, feuda, que felicis recordationis *Consanguineus noster*, *Albertus*

Comes Tyrolensis, ab Ecclesia nostra tenuit, *exceptis feudis in Valle Eni*, que juxta arbitrium dicti *avunculi nostri*, *Comiti Gebhardo de Hiersperg*, contulimus — Ipso *Meinhardo* Comite, pro se et dicto fratre suo — promittenti, quod Nos et Ecclesiam Nostram — non offendant, imo — defendant. — — Ceterum super dampnis, Nobis a dicto Comite illatis — convenimus — in memoratum *avunculum nostrum*, promittentes ratum et firmum tenere, quidquid super eorum refusione duxerit ordinandum. In quorum evidens testimonium presentes literas, Nostro, et supradicti Avunculi nostri sigillis fecimus communiri. Testes sunt saepe dictus *Avunculus Noster*, *Bertoldus Comes de Eschilloch*, *Degenhardus de Harlenstain*, *Henricus de Seuelt*, *Bernhardas de Willhaim*, Nobiles, *Ernfridus de Algishusen*, *Archidiaconus Augustensis*, *Liuboldus de Eberstain*, *Conradus* dictus *Helbelinc* et alii quamplures.

Acta sunt hec, Anno Domini 1263. Indictione sexta. XIII. Kalendas Julii *in Monasterio Sancti Salvatoris in Pollingen*, Diaecesis Augustensis.

Nro. CVI.

Permutatio Meinhardum inter Tyrolensem Comitem, et Henricum Comitem de Eſchenlohe de quibusdam Curiis, vallium Athesinae et superioris Oenanae.

(E schedis Cl. Puellii.)

Actum Pfaffenhofen 21. Aprilis 1269.

Felix est litterarum commoditas etc. etc. Hinc est, quod Nos *Mainhardus Comes Goritie et Tyrolis* et Ecclesiarum Aquilejensis, *Tridentinae*, et *Brixinenſis* advocatus tenore praesentium declaramus, et notum facimus universis, ad quos pervenerit praesens scriptum, quod dilectus *conſanguineus noſter*, Dominus *Heinricus Comes de Eſchenloch*, nec non Domina *Leukardis Nobilis de Neiffen ipsius uxor V.* curias, videlicet unam in *Siltz*, unam in *Heimingen* et tres *in Eztale*, scilicet in *Walde* curias II. et I. in *Zwieſelſtain* pro una curia nostra in *Berge*, *penes Mays* Nobis — vendiderit. In repraesentationem vero dictorum bonorum — predictum nepotem Nostrum atque Ipsius Uxorem — tres Karradas vini, de curiis Nostris in *Ruffian* et in *Rumetz*, et in *Vellan*, quod *jure Dorfriali* dicitur, ipsi — contulimus — ob amorem insuper ipsius addendum duximus, ut omne vinum suum, quod ex proprietate,

videlicet hortorum *circa Attasim* sine teloneorum nostrorum omnium requisitione libere debeat pertransire — — In cujus rei testimonium — et cautelam presens scriptum confici placuit, et sigillorum Nostrorum ac dicti Nepotis Nostri — munimine roborari. Testes autem, qui presentibus affuerunt, sunt hi *Ulricus Millo*, *Bertungus de Mays*, *Chunradus de Sistrans*, *Bertoldus de Phaffenhoven*, *Milites*, item *Chonradus Bekingarius Miles* — *Bertoldus Calcifer de Inspruk* et alii quam plurimi.

Actum in Phaffenhoven sub Castro Hertenberch, *Datum in Tyrol.* Anno Domini 1269. XI. Kalendas Majii.

Nro. CVII.

Privilegium communitati Riva a Conrado Tridentino praesule indultum.

(Ex Archiv. Aulico Tridentino.)

Actum Tridenti. 1. Junii 1192.

In Nomine Domini Dei aeterni. Anno 1192. Indictione XIV. Kalendis Junii Tridenti, in Camera Turris D. Episcopi in praesentia *Botii de Stenego*, *Tarentini Ottonis Richi*, *Peterini Walcuoni de Tridento*, *Friderici de Civizano*, *Zilioli* Camerarii. D.

Cunradus Dei Gratia *Tridentinae Ecclesiae* Venerabilis Episcopus ad rectum Feodum investivit *Communitatem de Ripa* per *Antolinum*, *Riprandinum*, *Malcoretum* suscipientes nomine et vice totius communitatis, quod praedicta Communitas de *Rippa* una cum Domino Episcopo, suisque successoribus potestatem habeat *galetas ponendi*, *seu locandi per suburbium Rippae*, *ad recte misurandum* constitutas, similiter *et navis constituendi*, et locandi, *quae ad Ponal et Turbole ducant*, et reducant, *totum lucrum per medium dividatur*, medietas videlicet *Episcopatui*, *alia vero medietas jam dictae communitati* reddatur, *similiter et expensae* pro Navibus et Galetis recuperandis seu reficiendis per medium fiant, propterea statuerunt, quod de quibuslibet octo Galetis mensuratis numus unus, et bonus Veronensis monetae reddatur. Personas vero, quibus hoc negotium committatur, Dominus *Tridentinus* Episcopus consilio praefatae Communitatis ponere debet. Pro hoc vero feudo duo ex *Consulibus*, vel ex melioribus ejusdem *suburbii* verbo et nomine, seu et vice totius Communitatis omni quinto anno ad quintam decimam Pentecostes, vel antea, aut retro, quando Dominus Episcopus sine fraude voluerit, ipsi Domino Episcopo *Tridentino* fidelitatem jurabunt, nisi per ejus *parabolam* remanserit, deditque eis praedictum *Botium*, qui mittat Communitatem in *tenutam*. De Navibus vero tale naulum, quod de om-

ni persona in eundo numus unus, et in redeundo similiter unus numus reddatur.

Ego *Ropertus* Imperatoris Invictissimi *Federici* Notarius interfui, et jussu praefati Domini Praesulis hinc duos libellos eadem continentes scripsi.

Nro. CVIII.

Instructio Diethelmi, Veronensium legati ad Meinhardum Tyrolis Comitem, pro impetranda ope ad conservationem Castri Tridenti.

(Ez autographo.)

1280.

Recordationes, quas D. *Diatalmus* facere debet illustri Comiti *Tyrolis*, pro parte *Potestatis*, *Capitanei*, *Populi et Communis Verona* salute premissa. Primo dicat, quod de amissione *Castri Colonie* non multum curant, nec est curandum, quia non est ita magna ut creditur postquam guerra debet esse inter *Veronam*, et *Marchiam*, neque commune *Verone* reputat id ad dedecus, quod factum est de ipso Castro *Collonie*: et propterea ipsi *Veronenses* non sunt facti viles, vel timidi, sed promptiores et fortiores, et magis voluntarii ad exaltationem amicorum et destructionem et mortem ini-

micorum: et sperant firmiter ponere coloniam, et alias terras inimicorum positas in suis confinibus, et ultra confines in tali statu, qui opportebit, ut eam recuperent, sicut fecerunt aliis vicibus, quando perdicta fuit, vel facient illos, qui habitabunt illic trahere ita graves conditiones, faciendo eis vivam gueram, qui nihil poterunt laborare, et nihil percipient de frugibus, et melius esset eis esse mortui, quam vivi, et in hoc non parcent *Veronenses* laboribus vel expensis. De militibus non transmissis per D. Comitem pro succursu Veronensibus, et quos mittere voluit, licet esse non potuerit, regratietur ei tanquam Domino et amico, rogando attencius, quod, si opus fuerit, quia aliter non peterentur, placeat dicto D. Comiti habere provisionem de mittendo *Veronam* suos milites, secundum quod requireretur, ita cito, cum tanta festinatione quod eorum adventus posset esse utilis et fructuosus. Post hec dicat et exponat D. Comiti, quod *propter guerram Paduanorum et aliorum de Marchia nuper inceptam*, Commune et homines *Verone* sint positi in maximis expensis, de custodiendis scilicet castris non solitis custodiri, de acquirendis et tenendis stipendiariis, cavalcatoribus, et de exercitibus et cavalcatis saepissime faciendis et aliis diversis negotiis: quapropter non possunt tolerare expensas custodie, et municionis *castri Trenti*: unde rogant et rogant instanter: tum conveniens esse credunt, quod ipse D. Comes ponat manum suam adjutricem ad tenendum ipsum

castrum, quod tenere potest secure de cetero, pro 410 libras Veron. parvor. in mense, in hac ratione:

Duo Capitanei. *Duo Enzignerii.* *Unus magister fabrorum.*	Volunt 10. libras pro quolibet in mense.

LXXX. *custodes* volunt 320. libras in mense, in racione V. librarum pro quolibet.

Unde placeat D. Comiti solvere dictos denarios respiciendo ad expensas et gravamina, quae nunc habet Commune *Veronae*, et si hoc ei non placeret — — solvat duas partes sciendo quod D. D. de *Castrobarco* nihil — expenderunt a festo omnium sanctorum citra, in custodia dicti *Castri Trenti*, et cognoscat D. Comes, quod Commune *Veronae* habet in dicto castro pro munitione farinam, legumina, salem et alias res — — in manutenimento dicti Castri, quod quidem inimici dicti D. Comitis et communis *Verone* procurant assidue recuperare et si tenebitur — erit magnum confortum et utilitas — — ita quod per ipsum Castrum omnes eorum probe vincentur, et inimici et *Tridentini* erunt mortui et confusi. *Item recordetur — D. Comiti, quod mittat in Valle Camonica, pro uno magistro, qui sciat trabucare* IGNEM FERREUM, *sive ignem in Civitatem Tridenti, et conducat sua paramenta, et ipsum mittat in dictum Castrum Trentum, quia in Valcamonica est unus, qui scit perfecte facere ista negotia.* Item quod D. Comes — declaret Domino Regi Ro-

manorum nova, et condiciones *Verone et Tridenti* et istarum partium. Et iniquitatem et maliciam *Paduanorum*: et quod dicto regi placeat permittere apud *Veronam* de gente sua, rescribendo potestati et communi *Verone* omnia nova, et condiciones ipsius Domini Regis, et responsionem super praedictis, quantum esse potest.

Nro. CIX.

Literae manifestationis Conradi Curiensis episcopi, coram Imperatore, Districtum in montanis, hodie Tyrolensem, successu temporum independentem et imperio immediate subditum evasisse, contestanis.

(Ex Archiv. Oenipont.)

Datum in castro Fürstenau 1283. 18. Januarii.

Inclyto ac serenissimo Domino suo *Rudolfo* Dei gratia Rom. Regi, semper *Augusto*. *Conradus* divina providencia *Curiensis episcopus* obsequium cum subjectione fideliter indefessum. Serenitati vestre, omnibusque, ad quorum manus presentes littere pervenerint, *cupimus fieri manifestum*, *quod nobis bene constat*, *illustrem virum Dominum Meinhardum Tirolensem*, *qui est de nostra Dioecesi*, *habere domicilium*, *et residere intra montana*, *et quod nunquam*

audivimus, nec in ecclesiae nostrae privilegiis antiquis vel novis invenerimus, ipsum comitem ad ducatus Bawarie vel Suevie pertinere, nec etiam eum vel aliquem progenitorum suorum, de dominio Tyrolensi, juri extra Montana extitisse, imo certo certius intelleximus, et hominibus circa aquam Attasis constitutis bene constat, quod dicti Comitis Progenitores, specialiter Avus suus Comes Albertus in foro infra montanorum, in loco, qui dicitur Verona coram Imperatore Friderico, judicio sunt conventi, et quod praedictus comes comitiam suam, que in dioecesi Curiensi, usque in Pontem Altum in Engedina protenditur, ab Episcopatu Tridentinensi habeat, que ad Italiam dinoscitur pertinere.

Datum *in Castro Fürstenowe*, XIII Calendas Februarii (1283)

Nro. CX.

Sententia Rudolphi Caesaris, de eadem Meinhardi Comitis praetensione.

(Ex Archiv. Oenip.)

Datum Ulmae 1282. 24. May.

Nos *Rudolphus* Dei gracia Romanorum rex, semper Augustus. Tenore presentium *scire volumus*

universos, quod ad instanciam spectabilis viri *Meinhardi Comitis Tyrolensis* dilecti nostri fidelis, *coram nobis per sententiam est obtentum, quod idem comes cum duobus principibus vel nobilibus de terra montium probare possit et legitime obtinere, cui terrae attinere debeat, vel cujus terre jure gaudere, et illorum duorum principum sive nobilium dicto stabitur in parte.*

Datum Ulme VIII. Kalendas Junii Indictione X. A. D. 1282. Regni vero nostri anno nono.

Nro. CXI.

Codicillum Notherii Veronensis episcopi.

Condictum Mense Februario 928.

Infatigabili pietatis serie, ad seniores extensus annos, quid *Notherius* sanctae *Veronensis Episcopus* testandum iterum efficiat etiam denuo miremur; praecipit ita, et statuit, ut pro anima sua et *Ademarii* genitoris sui, et omnium suorum dentur in *Xenodochio* a se constructo super viam, quae olim dicebat *regi*, omnia bona, quae habet in fundis *Crugasio*, *Bellano* et *Brendo* in valle *Leganensi*, ut *Bernardus Episcopus Tridentinus* usufructuario nomine habet, et gaudet omnia bona sua existentia in Leganensi *in finibus Tridentinis, ubi dicitur Badabio-*

nes, *et quidquid habet in Liciana:* mortuo *Bernardo Episcopo* deveniant usufructuario nomine *Odelberto* socio suo, et *Peredeo de Brandola* comiti *Vicentino*, hoc tamen pacto, ut in die obitus anniversaria *Notherii* pascant quadraginta pauperes, duodecim sacerdotes, et in suo *Xenodochio* dent plaustrum vini: Ita etiam in die obitus genitoris sui *Ademarii* et suorum, et in anniversaria *Bernardi* antedicti dent in pauperes quinque denarios argenti spendibiles: mortuis ipsis cadent in potestatem *Joannis Acolythi* sancte *Veronensis* ecclesiae etc. Dominici montis cum onere solvendi in dicto *Xenodochio* suo tres argenteos spendibiles die anniversaria *Notherii*. Mortuis his omnibus supradicta bona sua deveniant suo *Xenodochio* — — — si quis vero pontifex voluerit supradicta bona vel jura dare alicui in beneficium et canonici *Veronenses* non obstent, in eadem bona episcopus et canonici sancti *Vigilii Tridentini*, ubi ejus corpus humatum est, jure se intromittant.

Nro. CXII.

(Ex codice traditionum Brixinensi.)

1164.

Notum sit Ecclesie, quod *Comes Arnolt*, *qui et Advocatus*, cum *manu Uxoris suae Mahtilt* tradidit super altare S. S. Confessorum atque Pontificum Ingenuini et Albuini, Ministerialem suam *Mahtilt* dictam, uxorem *Burhardi*, cum omnibus Pueris suis pro remedio animarum suarum cum legitimo *jure ministeriali*. Et hoc traditum atque delegatum est in manus *Brixinensis Electi Ottonis*, et *Comitis Ottonis de Valeige*. Hujus rei testes sunt *tracti per aures Perhtolt Comes et Advocatus*, item *Perhtold comes*, *Cunrat comes*, *Ulrich Nobilis*, *Albero Nobilis*, *Walchunt Nobilis* et plures Ministeriales.

Actum *Morith*.

Nro. CXIII.

Circa 1171.

Berhtoldus Advocatus Brixinensis Ecclesie, vir justus ac timens Deum, ad intercessionem *Henrici* venerabilis *Episcopi* et petitionem *Purchardi Sabionensis Castellani junioris*, filium R. et filiam A. quos

tunc viventes habuit, idem *Pertholdus* in manus *Comitis Oulrici Eppanensis* delegavit, eo tenore, ut eos in Jus Ministerialium tempore opportuno traderet super Altare Ecclesiae *Brixinensis.* Testes. *Ouschalch de Rieffinsteine*, *Cuonradus Sabionensis*, *Warmunto de Rasin*, *Ekkehardus Garrinus*, *Adalbertus Dapifer*, *Counradus de Kastilruth*, *Oudalricus de Gruomesperch*, *Gebeno de Wennes*, *Ottaker de Wolenbach*.

Omnium Christi fidelium memoriae tradimus, quod quidam *Brixinensis* ecclesiae ministeriales *Ludewicus* nomine in *hospitali Sancte Crucis* stans extra capellam coram venerabili *Brixinensis* Ecclesiae *Episcopo Heinrico*, praesente quoque *Nobili Marchione Bertoldo*, et admonitus atque rogatus a *Magistro Richero Scholastico*, confessus est voce alta, quod ipse Possessiones *in Rikke S. Petro* et Sanctis, quorum reliquiae in Ecclesia *Brixinensi* continentur, tradidit. Ad sui etiam facti confirmationem numerum testium adauxit, qui sunt: *Marchio de Andechse*, *Hugo de Tuvers*, *Oudalschalc de Rifensteine*, *Ruopreht et Amelrich de Welfesperch*, *Oudalschalk de Uffelndorf*, *Gotfrid de Andechse*, *Albertus Purgravius*, *Cuonrat de Troftperch etc.*

Nro. CXIV.

Litterae Bertholdi Marchionis Hystriae et Brixinensis Ecclesiae advocati, quibus advocatiam Ecclesiae in Novacella per Burchardum de Seeben usurpatam nemini subinfeudare, sed ad manus proprias retinere promittit.

(Ex Archivio Neocellensi.)

1177.

In Nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti, Amen. Cum juxta Numerum et qualitatem donorum, divinitus collatorum, habenda sit in extremo judicio examinatio Ratiociniorum, salutare et necessarium est cuilibet fideli, ut subtili indagine metiatur divine Pietatis Beneficia, et toto Nisu percepta munera convertat ad sui largitoris obsequia. Unde ego *Berhtoldus*, *Marchio Ystrie*, et *Advocatus* sancte *Brixinensis* Ecclesie, recognoscens me debitorem pro multis beneficiis, que mihi licet immerito et indigno, divina bonitas contulit, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus innotescere cupio, quod ego pro adipiscenda Domini nostri Jesu Christi gratia et S. Genitricis ejus, Advocatiam bonorum Ecclesiae, que dicitur *ad Gratias S. Marie in Novacella* nunquam alicui infeudavi, nec infeudabo, sed pro quiete Fratrum ibi Deo famulantium,

eandem Advocatiam, quamdiu vixero, ad manus proprias retinebo. Nam cum tempore Domini *Ottonis* fratris mei, tunc *Brixinensis* electi, nunc autem *Babenbergensis* Episcopi *Burchardus* Senior de *Sebine* quorundam bonorum predicte Ecclesiae Advocatiam sibi usurparet, *Deinhardus* saepe dicte Ecclesiae tunc prepositus, coram fratre meo, prenominato Electo, et me presente, predicto *Burchardo*, et aliis *Brixinensis* Ecclesiae fidelibus et ministerialibus, obtinuit, quod Advocatiam bonorum praefate Ecclesiae nullus habere debeat, nisi principalis Advocatus. Ut autem hoc perpetua stabilitate inconvulsum permaneat, presentibus Dominis meis *Ottone Babenbergensi* Episcopo, et *Henrico Brixinensi* Episcopo, praesentibus etiam fidelibus et ministerialibus nostris, et aliis multis predictae Ecclesiae hoc scriptum, Sigillo proprio signatum solemniter trado.

Nro. CXV.

Decisio litis inter fratres canoniae Neocellensis et Brigittam viduam Brixinensis ministerialis Ludowici, de praediis in Blaichen.

(Ex Archivio Novacellensi.)

Aufhofen 1182. 29. Octob.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, in perpetuum Amen. Ut cuique sua justitia inviola-

biliter conservetur, dignum est, ut lis et quaestio racionabiliter sopita et terminata ad notitiam posterorum sacris Apicibus transmitatur. Unde ego videlicet *Otto Babenbergensis Episcopus* et *Heinricus*. Dei Gratia *Brixinensis Episcopus* et *Pertholdus Marchio Hystrie ac Brixinensis Ecclesie Advocatus* praesenti pagina notificamus omnibus Christi fidelibus futuris et praesentibus, quod lis et questio, que *inter fratres ecclesiae*, que dicitur *ad Gracias S. Marie Brixinae et Brigidam viduam Ludwici* pro praedio quod dicitur *Blaichen* versabatur, taliter est decisa. Sequidem memoratum praedium, sicut asserit liber testamentorum ipsius ecclesie, ab *Walthero* ejusdem *Ludwici* patre, tempore prime fundationis in presentia beatae recordationis *Hartmanni* episcopi et multorum nobilium de terra, ac ministerialium, ecclesiae, fuerat antea delegatum, et postea similiter ab eodem *Ludwico* delegatum et precaria pro ipso predio ab *Hainrico* primo ipsius ecclesiae preposito et a fratribus recepta, et ac sub multorum presentia auctoritate memorati Episcopi *Hartmanni* nulla exceptione interposita, confirmata. Sic *Adelbertus urbis prefectus* nunc a nobis districte requisitus, libro testamentorum concordans, publice est attestatus. Sic etiam consequenter a *Deinhardo*, postea ipsius ecclesiae *preposito*, *dum ego* videlicet *Otto*, *administrationem Brixinensis Ecclesiae gererem*, testibus idoneis et sufficientibus in nostra presentia eodem *Ludwico* coram posito, manifeste est com-

probatum temporibus quoque successorum meorum, *Episcoporum Heinrici* videlicet *et Richeri* similiter est a *Chuonrado*, nunc ibidem praeposito cum eodem *Ludwico* renovatum, et coram me *Bertholdo videlicet Advocato et filio meo Bertholdo*, DUGE NUNC DALMATIAE, publicis placitis ipso *Ludwico* presente rationabiliter manifestatum. Super hec tamen omnia, decedente *Ludwico*, memorata *Brigida* fratribus ipsius Ecclesiae semper adversus eam clamantibus, eidem predio adhesit, et super hoc a me, videlicet *Hainrico* nunc episcopo, sepius legitime citata, dum non venit, nec, qui pro se responderet, misit, per sententiam fratres in possessionem post longam ejus exspectationem misi. Demum tamen veniens, et fratribus super hoc questionem movens, causa diligenter utrinque indagata, et justitia Ecclesiae tam scriptorum assercione, quam *urbis praefecti*, sicut jam dictum est, et aliorum multorum attestatione veraciter cognita, ex consilio nostro propriae memoriae Mariti sui *Ludwici* Redemptione juxta ejus devotionem ac primam donationem Ecclesiam ulterius inquietare destitit, et quiete possidere consensit, et omni causationi super eodem predio abrenunciavit. Quod subscriptorum testium presentia et exhortatione factum est, et, ut inconvulsum permaneat, ac omni etati in perpetuum fidem faciat, nostris Sigillis roboratum. *Hainricus de Hergoltesbach*, *Bernhardus de Wilhaim*, Liberi: *Gotfridus de Andechsen*, *Lazarus de Wolfrathusen*, *Olricus de Friuntesberch et*

frater ejus *Hainricus*, *Hainricus Snekke*, *Rudolfus de Hohenrain*, *Hainricus* et frater ejus *Hainricus de Schalinchaim*, *Hainricus de Wacheringen*, *Siboto de Kirchaim* et frater ejus *Cunradus*, *Pabo de Stuvenbach*, *Eberhardus Maritus ipsius Brigidae*, *Gotscalcus de Rasine* et alii quam plures *de domo Advocati*. *Chuonradus quoque cognomento Brixinensis*, *Arnoldus de Rodanko*, *Albertus urbis prefectus*, *Burchardus* et frater ejus *Chuonradus de Sebene*, *Albertus* et frater ejus *Gotschalcus*, *Wernbertus* et filius ejus *Fridericus* et quam plures de *Castelrupt*, *Reinbertus et Wernherus de Velse*, *Warmundus et Volchmarus de Rasine*, *Otaker* et fratres ejus *Rudbertus et Hainricus de Monte*, *Ekkehardus Garrinus* et frater ejus *Waltherus*, *Heinricus de Rischone*, *Reinbertus et Hainricus de Thalent*, *Wolftrigel* et frater ejus *Magens de Dietenhaim*, *Fridericus et Ebo de Nortse*, *Gothardus de Voytesberch*, *Arnoldus Hakel*, *Fridericus de Chelburg* et frater ejus *Gebehardus*, *Gotboldus de Schoneck*, *Kobolt* et fratres ejus *Episcopo et Kadelhoch de Ushoven*, *Lantfridus Preco* et alii quam plures ministerialium, ac de familia *Brixinensis* Ecclesiae. De *Tuuers Olricus Bahtil*, *Wicstunch*, *Chuonradus de Outenhaim*, *Liupoldus de Nokstain*, *Chounradus de Bongou*.

Actum Anno Dominicae Incarnat. MCLXXXII. Indictione I. Die IV. Cal. Novembris apud *Ushoven*, feliciter Amen.

Nro. CXVI.

Charta donationis Chonradi ministerialis Brixinensis ad ecclesiam Novacellensem aliorumque ministerialium et nobilium.

Circa 1177.

Omnibus Christi fidelibus pateat, qualiter quidam *Chonradus* cognomine *Brixinensis Ministerialis* autem *Brixinensis* Ecclesiae, tradidit Ecclesia *S. Mariae* Predium suum, quod habuit in monte *Spilucke*, quod *Ozzo* et *Richer* incolunt, ea videlicet conditione, ut censum duorum denariorum *Augustensis Monete*, vel unum *Vriesazensem*, donec vixerit, singulis annis inde persolvat, nisi pro devotione, dum adhuc superfuerit, memorata bona eidem Ecclesie in integrum servire concedat. Facta sunt haec Praesentia *D. Richeri Episcopi et Advocati Perhtoldi Marchionis, et Filii sui Perhtoldi.* Hujus rei testes sunt: *Alber de Hohenburch*, *Oudelscalk de Uffelindorf*, *Oulrich de Anedorf*, *Hougo de Tuveres*, *Albero de Wange*, *Tatane de Wolfratenhusen*, *Gotefrit* et Frater ejus *Grise de Andechs*, *Oudalricus et Frater ejus Gebehart de Friuntesperch*, *Adelbertus urbis Prefectus*, *Albus de Brixina*, *Arnolt de Rodenken*, *Roupertus* et Fratres ejus *Amelrich* et *Fridericus de Risenstein*, *Willehelmus de Velturnes*, *Purchart* et Frater ejus *Chunrat de Sebine*, *Reinbertus Garro* et Frater ejus

Ekkehart, *Grimoldus* et Frater ejus *Heinricus et Chunrat de Chastelruth* et alii quam plures.

Notum sit Christi fidelibus, qualiter D. *Arnoldus de Stubei*, Ministerialis *Marchionis Perhtoldi de Andechs* consensu *Joute*, *uxoris sue*, Predium suum in *Obernhoven* pro remedio *Anime* sue et Parentum suorum suorum ad Altare S. Marie tradiderunt. Ut igitur ista traditio firma et quieta et inconvulsa permaneat, per manum predicti Marchionis confirmata est, et delegatio facta est a *Heinrico Brixinensi Episcopo*, rogatu predicti Marchionis. Hujus traditionis testes sunt: *Regenbertus Hasplare*, *Tuoregen* et *Willehelmus de Nouzes*, *Purchart de Tachinnen*, *Ruodolfus de Villa S. Martini* et quam plures alii.

Notum esse volumus cunctis Christi et Ecclesiae fidelibus, quod, cum *Albertus de Riskon* impeteret Ecclesiam *Novacellae* pro Hoba, sita in *Elves*, quam *avia sua Chunigundis* predictae Ecclesiae contulerat, jam dicta *Chunigundis* eandem Hobam confirmavit Ecclesiae coram *Marchione*, Testibus probando, quod idem *Albertus* consilio amicorum suorum penitus renuntiaverat tam praedictae Hobae, quam aliis omnibus, quae praedicta *Chunigundis* tunc possedit, exceptis his Prediis et Mancipiis, quae ipsa sibi tunc nominatim tradidit. Exinde data est sententia, quod Ecclesia Huobam predictam de coetero quiete possidere deberet. Hujus rei testes sunt:

Uolschalch de *Uffelndorf*, *Eberhart* de *Mosiach*, *Gotfrid* de *Andechs*, *Adalbert Burcgravius Brixinae*, *Otager* de *Niumburg* et Fratres ejus *Chonradus Custos*, *Ruotpertus*, *Heinricus*, *Herbrant*, *Ekkehardus Garro*, *Altmann de Monte*, *Volchmar de Rasin*, *Arnoldus Hako*, *Merbot de Brihsen*, *Ruodeger de Foris*, *Wernherus de Foitesberg*, *Uolricus Spisar*.

Nro. CXVII.

Donatio Henrici Marchionis Istriae ad assceterium Wiltinense.

(Ex archiv. Wiltinensi.)

1209. 25. Marcii.

Quoniam memoria hominum labilis est et per oblivionem facit enervare rei actus: quapropter notum esse cupimus univertis Christi fidelibus, qualiter ego *Hainricus* dei gratia *Marchio Ystriae*, sive heredem habuero sive non: contradidi ecclesie *S. Laurentii* in *Wiltein*, mansum unum meum proprium in villa *Ombrass*; post discursum vite mee, pro remedio anime mee parentumque meorum, et ut in die dominice annuntiationis Memoria *Matris meae Ducissae* nomine *Agnetis* ceterorumque parentum meorum celebriter agatur, et quamdiu vixero, omni quinta feria, in conuentu fratrum ad altare S.

Marie Missa de S. Spiritu celebretur, et cum viam universae carnis intrabo, predicta missa de S. Spiritu omittatur, et publice missa pro defunctis in conventu fratrum, pro remedio anime mee, parentumque meorum solemniter cantetur et singulis annis, pro Signo traditionis de predicto predio, eidem ecclesie saumum vini ad censum dari constitui; Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, sigilli mei impressione feci corroborari.

Hujus rei testes sunt: *Comes Otto de Henneberc Ulricus de Porta*, *Sybotho de Eglingen*, *Henricus de Scallinchaim* et *Ulricus* filius ejus, *Henricus de Bergendorf*, *Henricus de Sundernhoven*, *Erhardus de Materey* et *Conradus Hageno frater ejus*, *Hainricus de Vore*, *Seifridus de Rottenburc*, *Otto de Mulles*, *Henricus de Slitters*, *Henricus de Sconowe*, *Stephanus Marscaleus*, *Gebhardus Chraimare*, *Hainricus de Stubay*, *Seifridus de Zammerslowe*, *Albertus de Sistrans*, *Wernherus*, *Willepoth* et alii quorum ibi erat copia.

Acta sunt autem haec A. D. MCCIX. in die annuntiationis et prima traditio hujus mansus fuit, *quando Romam perrexi.* Ego *Hainricus plebanus in Ampans*, *Marchionis Notarius* scripsi et dictavi.

Nro. CXVIII.

Bertholdus Marchio Yſtriae et ſilius ejus dux Meraniae, litem decidunt cum Wiltinenſibus ob translationem fori Insbruck in fundum Monaſterii antedicti.

(Ex Archivio Wiltinensi.)

Circa 1180.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. B. *Marchio Iſtriae et ſilius ejus Dux Meraniae et filii ejus Eckebertus*; *Otto*, *Heinricus*, *Dietherico Praepoſito Wiltinenſis Coenobii* et ejus successoribus et toti ejusdem coenobii congregationi in perpetuum. Quoniam gravia et difficilia negotia nostra, certis firmare solemus testamentis, ne nimia antiquitate confecta oblivione deleantur ac per incuriam negligantur, constat procul dubio, ea duntaxat negotia, quae honori consulunt et dignitati attentissime fore roboranda. Ea propter notum fieri volumus, cunctis haec scripta legentibus vel audientibus, quod pater meus et ego multis hic rationibus ventilatis, intervenientibusque amicorum precibus, praecipue auctoritate Domini *Heinrici Brixinenſis Episcopi* cum favore et consensu tam ministerialium, quam Canonicorum ejusdem Ecclesiae suffragante tandem obtinuimus apud praepositum *Dietherieum A. Wiltinenſis* coenobii et totam ejus congregationem, *ut in poſſeſſione adjacentis monaſterii*, *forum noſtrum trans*

pontem poneremus. Quo impetrato juxta aestimationem loci forum continentis, tantundem praedii ecclesiae contulimus in concambium, et ut minus praefatam congregationem gravaremus, in vico *Omerafs* mansum unum ex gratia Ecclesiae donavimus, eo videlicet tenore, ut praefata ecclesia *de teloneo fori* annuatim talentum circa festum S. Martini percipiat atque in eodem foro tres domos in sua possessione retineat, quarum habitatores omnia, quae alia nostri juris exhibent, ecclesiae persolvant et nemini molendinum prope forum construere, nisi fratres congregationis voluerint, et nulli forensium, molere nisi apud ipsos liceat, et ut ecclesia in foro ex praediis nostris dotata, cum dimidio mansu sub ditione claustri, ab omni nostra exactione libera existat, ut quidquid ministeriales nostri *Wiltinensi* Ecclesiae de Allodiis suis prae remedio animae suae contulerint, libere agant, et ut portus fluminis, eidem coenobio, absque contradictione ulla, permaneat, concedimus etiam eidem claustro utendi ex nemore vel campis, sive in agris, secundum quod jus nostri comitatus exposcit, quidquid necessitas exegerit, illud quoque nihil ominus statuere decrevimus, ut bona praefatae ecclesiae longe vel prope, *in Comitatu noſtro* sita absque juris nostri exactione, libera persistant, et ut Ministeriales nostri apud claustrum non praesumant, ut quiscunque fruges, vel prata fratrum laeserit, et inclamatus negare nequiverit, damnum integre restituat, deinde duode-

cim nummos eis persolvat, et judici totidem et ut agricultura et sepium clausura omni tempore sub pacis observantia permaneat, prata vero a festo *Sancti Georgii* usque ad festum *Sancti Michaelis* similiter; placuit etiam, quatenus *praefectus forensis*, *cum se sexta ex sui parte* sub juramento, *Wiltinensem* ecclesiam cunctaque hac in regione ad eam pertinentia sub pacis foedere tueatur, itidem *exterior* faciat, *praefectus*, et haec omnia *in vico Omeras* ipsis per manum Domini *Udalschalci de Uffelndorf* ea conditione delegamus, ut siquid praescriptorum quorumlibet eos gravaverit, scilicet: ut si alicui ipsorum manus injecerit, aut verbis minus decentibus inhonestaverit, vel hominem Ecclesiae suae occiderit, aut detruncaverit, vel aliquo vulnere sauciaverit, et si res ipsorum per vim aut furtum diripuerit, justi judicii vindicta plectatur, quod si praefati judices illa, qualiacunque sint, causam per se terminare non voluerint, et ad audientiam nostram dilatata fuerit, si nos quaerimoniae ipsorum infra sex septimanas secundum justitiae aequitatem non satisfecerimus, praedium praescriptum, in proprietatem Ecclesiae praefatae perenniter transibit, secundum quod nos ipsi jurejurando sanximus. Hujus rei testes sunt *ipse Marchio*, *et filius ejus dux Meraniae*, Dominus *Degenhardus Praepositus de Diezhen*, et ejus *Capellanus Burghardus*, Dominus *Wernherus Archipresbyter*, et Dominus *Chuonradus* custos *Brixinensis*, Dominus *Otho advocatus ejusdem ecclesiae*

et Dominus *Udelschalcus de Uffelndorf*, Dominus *Bernhardus de Welheim*, *Thiemo et frater ejus Henricus Albus de Sliters*, *hi nobiles*. Dominus *Rupertus* et frater *Amelricus de Riffenstaine*, *Rupertus* et frater ejus *Herprandus de Mulles* hi ministeriales *Brixinenses*, Dominus *Lazarus*, *Gotfridus*, *Henricus Schneckhe*, *Udalricus de Sindelsdorf*, *Rudolphus* et frater ejus *Eberhardus de Hohenrain*, *Fridericus de Schoenperch*, et *Udalricus de Freundssperg*, et fratres ejus *Gebhardus* et *Conradus et Henricus* et *Sibotho de Omeras*, et frater ejus *Chuonradus*, hi Ministeriales Domini *Marchionis*, *Berenhardus Pfenninger* judex, *Hainricus Stoener*, *Eberhardus*, *Albertus Zydelar*, *Fridericus*, *Conradus Schena*, hi forenses.

Actu sunt haec *Wilthin*, anno ab Ine Domini MCXXC. Ind. XIII. sub Imperatore *Friderico*, per aliam paginam sigillo patris mei confirmatam. Petionem igitur *D. Praepositi* ejusdem Coenobii et universae congregationis, ad tuitionem ipsorum, et salutem animae nostrae *ego Bertholdus dux Meraniae et Marchio Istriae cum filiis meis Ekeberto Ottone*, *Hainrico*, praescripto jure, praesenti testamento atque sigillo nostro, subscriptis testibus renovamus et confirmamus.

Nro. CXIX.

Bertholdus Meraniae dux litem dirimit inter monasterium Wiltinense et cives fori Innspruck de praedio Sacken.

(Ex Archivio Wiltinensi.)

1187.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Amen. *Bertholdus Marchio Istriae*, *et Dux Meraniae*, innotescat omnibus Christi fidelibus, praesentem paginam videntibus vel audientibus, qualiter litigium, quod fuit *inter nos*, *et Ecclesiam Wilthinensem*, *et forenses nostros de Insbruck*, *pro praedio* quod dicitur *Sacha in superiore*, *et inferiore termino*, *protendens usque super ripam fluminis*, *quod dicitur Sille*, quod prefatum Coenobium, a prima sui constitutione tam in pratis, quam incultis et in pascuis, jure totius proprietatis sine omni infestatione possedit. Sic definitum; Nam cum praedicta ecclesia praenominatum allodium, in arvis sub sepium clausura libere coleret, negotiatores, quos dilectus *pater noster Bertoldus Marchio*, *piae memoriae*, de *Andechs*, facto cum fratribus scilicet *Wilthinensibus*, concambio, translato foro, in vicino loco ejusdem praedii locaverant jus communitatis, sibi usurpante ruptis sepium clausuris, cuncta ibi seminata, vio-

lenter devastaverunt, quod semel, bis ter et saepius nobis et praefectis nostris conquerentes, tandem diem judicialem a nobis obtinuerint, quam videlicet diem praepositus assumtis fratribus in loco Tribunalis adiens coram nobis et nobilibus, nec non Ministerialibus, insuper et universis provinciae incolis, quia ad idem legitimum placitum convenerunt, conquestus per datam judicialem sententiam septem personis jurejurando testificantibus praelibatum praedium juste et rationabiliter obtinuerant, quorum videlicet jurantium haec sunt nomina:

Henricus nobilis *de Sliters.*

Reginbuldus praeco *de Höttingen.*

Rudegerus de Pfans.

Christianus de Stubay.

Engilmarus de Arcello.

Geroldus Ampess.

Sifridus Zydelare.

Nos vero pro debito justitiae, ipsorum probatam justitiam recognoscentes, ne unquam de coetero nos vel quilibet haeredum, ut successorem super eodem praedio inquietare, vel qualicunque machinatione molestare praesummat. Praesentem paginam munimine sigilli nostri, et testibus subscriptis corroboravimus tradendo ipsius ecclesiae fratribus in plenariam potestatem, ut quandocunque se facultas et sibi et opportunitas obtulerit, tam in agros, quam in prata, vel in qualescunque usus, dictum

saepius praedium redigere voluerint, libere faciant. Hujus rei testes sunt: *Otto de Mazzenfurt, advocatus eorum. Udalscalcus de Uffelndorf. Bernhardus de Wylhaim, hi nobiles. Otto de Welfsperg. Otacher de Nivenburg, hi Mriales Brixinenses. Gotfridus, Ludovicus, Gottschalcus hi de Andechs. Udalricus de Freundsperg. Griffo et frater ejus Rupertus Sibotha. Chunradus, hi de Ambrafs* et alii quamplures homines et Ministeriales nostri. Acta sunt haec Anno Domini MCLXXXVII.

Nro. CXX.

Otho Meraniae Dux urbem Innsbruck variis privilegiis munit.

(Ex Archivio civico ibidem.)

Actum Insbruck 9. Junii 1239.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. *Otho Dei Gratia dux Meraniae, comes Palatinus, Burgundie.* Notum facimus omnibus praesentem paginam inspecturis, quod nos praehabita deliberatione sufficiente et bono consilio, *civitati nostrae Insprucke* et universis civibus nostris in ea manentibus, jus subscriptum a proavis nostris, jure haereditario ad tempora nostra deductum, conferimus tenere perpetuo possidendum ut *infra aquas quae*

vocantur Mellach et Sille, et *in toto comitatu nostro*, Niederlag nullus, quam in eodem *foro nostro Innsprucke* habeatur, et ut universa telonea libere transeant et secure sed *in Clusa* dare debent unum denarium de Somaria, similiter *in Bozano* dare debent unum denarium et *ad ultimum locum*, qui vocatur Anger viam et pontem habeant, ut si placeat, introitus hominibus equis et curribus universis. Ut pascuarum communio, quae Gemeinde dicitur, universitati divitum et pauperum aequaliter offeratur. Ut nullus judex sine communi consensu et consilio civium eligatur: *nec judex* aliquem *praeconem* constituat sine consensu et consilio civium *praedictorum*. Ut *Malli et Steurae* non secundum consilium militum, sed secundum consilium civium statuantur. Ut nullus hospes adveniens pro aliquo, nisi pro se ipso, *a Mellach usque ad Sille* occupationem pignoris patiatur, et nullus praedictorum civium nostrorum occupationem pignoris patiatur nisi prius in civitate nostra praedicta jus suum coram judice requirat, quod si sibi offertur, accipere debet. Sub bono testimonio pignus accipiat, ut est justum. Si vero sibi justitia plena afferatur, et illam acceperit in civitate praedicta, vel comitia constituatur, idem de facta praeda judicatur et manus ipsius in nostra est vel sui judicis potestate, nisi ipsam redimat quinquaginta talentis Augustensium denariorum, et *ut moneta civitatis praedictae*, *sit monetae similis Augustensi*. Si quis hominum alium occiderit, cor-

pus et res occisoris ex ipso facto in nostram transeant potestatem, ut vulnus, quod vulgari volabulo Läm dicitur, poena simili vindicetur, nisi X. tal. et 60. denarii persolvantur, actori quoque tria talenta persolvantur, pro violentia, quae Haimsuche dicitur, quinque talenta et 60. denarii persolvantur et actori V. talenta persolvantur, qui etiam sunt denarii Augustenses. Pro vulnere, quod Verche dicitur coram judicio nostro quinque talenta augustensium et 60. denarii persolvantur, et actori V. talenta. Pro laesione, quae Mulslach dicitur, talentum Augustense et 60. denarii persolvantur, et actori unum talentum. Pro tali fraude, quae Fürkauf dicitur, coram nostro judice unum talentum augustense et 60. denarii persolvantur. Si quis mensuram in frumento vel in panno vel justum pondus violaverit contra statutum unum talentum Augustense et 60. denarii coram judice nostro persolvantur. Si aliquis alium agitaverit usque ad domum alicujus civis nostri, cum pervenit ad tecta domus suae inimicum agitando, violentiam, quae *Haimsuche* vocatur, incurrit. et coram judicio nostro persolvet V. talenta et 6 denarios et hospiti V. talenta: et siquis in possessione libera rerum aliquarum per annum unum et per unum diem quietus, sine infestatione, permanserit, si actor in terra vel in civitate eodem tempore fuit possessor et in hac parte sine infestatione quietus manebat. Si vero actor legitimam absentiam probaverit decem annorum inducias habeat,

in quibus jus suum justitialiter persequatur; si homo alicujus, liber vel servus eandem civitatem intraverit, et in eadem jus civile adquisiverit, si dominus suus infra spatium unius anni ipsum juste repetierit, idem domino suo serviet, ut est justum. Si vero infra unum annum in ipsum non egerit, idem sine omni infestatione quietus manebit. Insuper quodcunque testamentum civium civitatis supra dictae, cum bonis suis, quando ad haeredes suos et ad dominum suum statuerit ratum et stabile observandum. Si sine haeredibus decesserit, omnia bona sua praeter testamentum animae suae in nostram transibunt potestatem. Considerantes itaque quia Cursus temporum fugitivus, memoria labilis reperiatur, in oblivionis exterminium praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum in *Innspruoke*, anno incarnationis 1239. V. Idus Junii XII. Indictione. In praesentia testium subscriptorum: *Comitis Alberti de Tyrol*, *Heinrici de Streitberg*, *Ottonis de Schewenberc*, *Henrici de Schliteres*, *Wittilonis* et fratris sui de *Thaur*, *Friderici de Rottinburg*, *Henrici* fratris sui *Bertholdi Trautson*, *Ottonis de Welfsberg*, *Henrici de Gufidaun*, *Henrici de Matrai*, *Chuononis*, *Ottonis* fratris sui de *Thaur* et aliorum multorum, quorum vita est laudabilis et honesta.

Nro. CXXI.

Donatio Othonis Meraniae Ducis ad asceterium Novacellense de salinis suis in Thauro.

(Ex Archivio Novacellae.)

Actum in castro Gufidaun. 1239.

Ut etatis nostre negotia firmitatis id habeant et vigoris, ne quid eis postmodum apponat cupiditas aut subducat oblivio, a quo possit imposterum exire dissensio, certis solent apicibus annotari. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis, quod *Otto Nobilis Dux Meranie*, *Comes Palatinus Burgundie* Cartam Privilegii Sigillo Soceri sui *Comitis Alberti de* Tirol *corroboratam*, sibi ab *Heinrico* venerabili *Praeposito*, et *fratribus* ecclesiae *Novacellensis* ostensam, legens, in ea repperit scriptum, quod *dictus Comes* pia voluntate spe retribucionis future, in honore Domini nostri Jesu Christi sueque genitricis Mariae et omnium sanctorum, pro remedio animе ipsius suorumque heredum, XII. carrunculas Salis, dictis fratribus et ecclesiae Sancte Marie in *Novacella*, *de Salina sua in Tauro* dari constituit, annuatim ante Festum *S. Joannis Baptiste* vel XIV. diebus post, occasione qualibet remota. Supradictus vero *Dux* opera volens pietatis pocius augmentari quam minui,

dictam salis illius donationem, *que de Matrimonio* UXORIS SUE, FILIE *sepedicti Comitis, ad ipsum tunc fuera devolutat*, firmam et inconvulsam a se, suisque heredibus perpetuo cupiens observari, presentem paginam scribi et ipsius sigillo decrevit roborari.

Hujus rei testes sunt: D. *Heinricus de Stritberc*, D. *Otho de Schowmberg*, D. *Berhtoldus Tarantus*, *D. Marquardus* et *D. Bertungus de Mais*, D. *Henricus de Gufedun*, D. *Jacobus de Summersperch* et alii quam plures viri boni testimonii. Facta sunt hec *in Castro Gufeduno.* Anno Domini 1239.

Nro. CXXII.

Philippus imperator fratribus Friderico et Udalrico de Arco, privilegia impertitur.

(Ex Archiv. nobiliss. ejusdem familiae.)

1207. Argentinae.

Philippus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Quoniam ea, quae a fidelibus nostris, et Imperii geruntur, aut gesta inveniuntur, decet authoritate regali confirmari. Hinc sane est, quod Nos ad notitiam quorundam fidelium nostrorum volumus pervenire. Quia venientes ad praesentiam

nostram nuncii dilectorum nostrorum *Olrici* et *Friderici* de *Arço fratrum* quaedam Instrumenta publica, scripta et confecta et subscripta manibus Tabellionum *Aldevorandi Salvaterrae*, *Viveani Isachini*, *Apuelini* atque *Montenarii* nobis ostenderunt. Quibus lectis, et ad plenum intellectis, plenissime nobis constitit, quod *Conradus* nonus *Tridenti Episcopus* ipsis, *fratribus Olrico et Friderico de Arco* nobilibus militibus, eorumque haeredibus in rectum feudum concessit et dedit, accipere et auferre mutam in *Turbulis*, *Arco*, *Balino*, et *Condino* et *Saxes Bonalli*, et totum illud, quod ipsi *Olricus* et *Fridericus* vel sui Antecessores jure et non jure habuerunt, et tenuerunt, et abstulerunt, et totum id, quod ipsi fratres *Olricus* et *Fridericus* nunc habent, et tenent, vel colunt, aut accipiunt, seu auferri fecerunt, in rectum feudum concessit, et dedit ipsis fratribus *Olrico* et *Friderico*, eorumque haeredibus. Et de his omnibus ipsi fratres *Olricus* et *Fridericus* nominato episcopo nobiliter nobilitatem fecerunt. Hoc igitur omnia praedicta, non obstante lege aliqua, vel rescripto seu rescriptis, impetratis vel impetrandis approbamus, et nostra regia authoritate eis fratribus *Olriço* et *Friderico* eorumque haeredibus confirmamus, corroboramus, atque integerrime donamus, secundum quod in praefatis publicis Instrumentis per omnia continetur. Hoc nobis nostrisque successoribus liceat supradicta nullo tempore nolle, cum semel volumus, Insuper etiam decerni-

mus, atque sub debito fidelitatis, tibi *Friderico Tridentinae Ecclesiae electo*, tuisque successoribus in perpetuum injungimus. Quatenus praefata, Investituras, et Concessiones a *Conrado* nono *Tridenti* Episcopo, in jam dictis fratribus *Olrico* et *Friderico* eorumque haeredibus factas, illibatas et incorruptas perpetuo custodias, ac easdem Investituras et Concessiones eisdem fratribus *Olrico* et *Friderico* eorumque haeredibus reintegrare omni modo procures. Praeterea statuimus atque ex certa scientia decernimus jam dictas res per investituram jam dictis fratribus *Olrico* et *Friderico* nobilissimis militibus a praefato *Conrado* nono *Tridentinae* Ecclesiae Episcopo concessas, jam dictis fratribus *Olrico* et *Friderico* eorumque haeredibus seu successoribus inhaerere, ut nullatenus possint de ejus familia seu progenie exire unquam, damus vero et concedimus jam dictis fratribus *Olrico* et *Friderico* et suis haeredibus plenam authoritatem dandi Tutores, Curatores, Procuratores ad omnes cives. Emancipationes et interponendi decretum et authoritatem contractibus minorum per totum suum districtum. Si quis vero contra haec ausu Temeritatis, vel aliquo modo venire praesumpserit, iram et indignitatem nostram, et bannum sciat graviter incursurum, centum quoque libras Auri puri pro poena componat, medietatem camerae nostrae, reliquam partem ipsis fratribus: Nihilominus praedictis omnibus semper in suo statu permanentibus, ut autem haec omnia su-

pradicta perpetuae firmitatis robur obtineant, praesentem inde chartam conscribi jussimus, et sigillo nostro communiri. Harum omnium supradictarum rerum Testes, *Conradus ſpirenſis Epiſcopus*, *Ekebertus Babenbergenſis Epiſcopus*, *Comes Herteſſus*, *Otho dux Meraniae*, *Henricus Dapifer de Walpurch*, *Henricus de Schmalcke*, *Brixianus Judex de Tuſculano*, et alii quam plures etc. Datum apud Argentinam, Anno Dominicae Incarnationis MCCVII. Indictione X.

Nro. CXXIII.

Conradus Brixinenſis Epiſcopus, *Alberto comiti de Tirol Advocatiam*, *Eccleſiae ſuae*, *Heinrico Andeccenſi ademptam confert.*

(Ex Archiv. aulico Brixin.)

1214.

Conradus dei gratia *Brixinenſis* ecclesiae episcopus, omnibus Christi fidelibus salutem et pacem in perpetuum. Divina providentia per omnia consulere volens humanae fragilitati, inter caetera pietatis sue beneficia, et notitiam litterarum hominibus concessit, ut quod propter labilem memoriam per succedentia tempora memoriter retineri non posset, beneficio litterarum conservaretur; hinc est, quod

nos per presencia scripta non solum ad presencium sed etiam ad futurorum noticiam pervenire volumus. Quod cum *Bereficium Henrici quondam Marchionis Yſtrie nobis vacare coepiſſet*, *quod ei propter mortem inclyte recordacionis Philippi glorioſi regis*, *per ſentenciam principum*, *ſicut et cetera abjudicatum fuerat*, *nos de communi conſilio* fratrum *noſtrorum Canonicorum et Miniſterialium* ecclesie nostrae, *Advocatiam Brixinenſis ecclęſiie* concessimus dilecto fideli nostro *Alberto Comiti Tyrolis*, *cum omni jure*, *quo eam habuit beate memorie Comes Arnoldus de Morith*, quondam Advocatus noster, ita ut non liceat ei excedere, modum illum, quem predictus Comes habuisse dignoscitur, *nec novas facere exactiones*, *nec inſolitas inducere conſuetudines*, *in Dominicalibus nostris et — ecclęſie de Novacella vel etiam in hoſpitalibus Brixinenſi et de Cluſa* nullas faciat exactiones, Vogtmutte vel quicquam simile petendo, nec *Herbergam in eorum bonis exigendo*, sed pro his omnibus habere debet merita apud deum et beneficia advocatie assignata. *Officiales noſtros in adminiſtracione ſibi injuncta* a nobis, *in nullo impediet*, sed ubi necesse fuerit, tam eos quam *colonos* pro viribus suis viriliter et fideliter defendet, in ecclesiis etiam parochialibus et sacerdotibus earum nihil juris sibi vindicabit, sed optata pace et solita libertate gaudebunt. *In Electione Episcopi nihil juris habebit*, *in caſtro etiam Raſine non ponet Caſtellanos*, *niſi noſtro conſilio*, ne forte tales ibi mittantur, qui

terram nostram gravarent, *duo Placita in anno habere debet ad cognoſcendas oppreſſiones et injurias hominum Advocacie, unum cum herba et unum cum foeno.* Anno Domini MCCXIV.

Nro. CXXIV.

Heinricus brixinensis Episcopus, Ottoni Meraniae duci, Comitatum de Puſterthal, et vallis Oeni inferioris et quidquid ibi pater suus vel frater poſſederunt, cum arcibus S. Michaelsburg, Matray et Vellenberg in feodum confert.

(Ex Archivio Brixin.)

1232.

Heinricus Dei gratia *Brixinenſis* ecclesiae *Epiſcopus*, universis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris salutem in Domino. Ut ea quae aguntur in tempore, per lapsum temporis in dubium venire non possint a posteris, scriptis solent comendari, praesertim cum scriptum contineat fidem rei gestae, ea propter notum esse volumus, quod nos jam *secundo* concessimus, domino *duci Meraniae feudum* suum, *quod ante concesseramus ei Ravennae ad preces et mandatum domini imperatoris*: secundum arbitrium domini *Wintheri praepositi*, *Henrici decani*, *Hugonis de Toufers*, *Friderici de Schönecke*,

Wilhelmi senioris de Velthurns, *Arnoldi de Rodank*, *Wernheri de Schenkenberg*, *Wilhelm de Aichach*. Et illud quod ad manus nostras habuimus, de illo feudo statim sibi dimisimus: *Castrum scilicet de S. Michaele et Comitatum de Pustertal*, cum aliis ad feudum suum ibidem pertinentibus et *Castrum Matray et Castrum Vellenberch* cum suis pertinentiis, et *quidquid in valle Oeni et valle Pustrissa, pater suus et frater habuerunt*, insuper *comitatum vallis Oeni inferioris*. Ipse vero dux promisit e contrario nobis et ecclesiae *Brixinensi* fide data inmanibus nostris a proximo festo Pentecostes ad manum dare *forum de Innsprucke et villam Umeras* cum omnibus pertinentiis suis, et si forte hanc donationem — — facere non posset, promisit dare ecclesiae nostrae et nobis 250. marchas argenti, et si forte inter terminos nos decedere contingeret, successori nostro, et ut haec attendat de donatione *fori de Innsprucke* et 250. marcarum argenti ipse dux promisit — in manibus nostris persolvere et ministeriales sui scilicet *Eberhardus* de *Porta*, *Albertus de Voitsperch*, *Wittilo*, *Arnoldus*, *Rudegerus de Matray* juraverunt illam fidem servare, et pro illo argento dux promisit civitatem *Brixinam* intrare et inde non exire, donec dicta pecunia fuerit absoluta. Quod si nec de donatione *Innsprucke*, nec de solutione dicti argenti datam promissionem attenderet et observaret, promisit quod feudum sibi concessum vacare debeat ecclesiae *Brixinensi*, praeterea promisit — quod feu-

dum suum nunquam alienabit ab ecclesia *Brixinensi*. Super *advocatiam*, quam tenet *Comes de Tyrol*, compromissum est a nobis et a duce et dimissum super illos praescriptos, qui inter nos et illum sunt arbitrati — — — Ut autem haec omnia rata et inconvulsa permaneant, nostro et domini ducis nec non et Capituli nostri sigillis fecimus roborari. Testes, qui interfuerunt, sunt *Wintherus Praepositus*, *Heinricus decanus* cum Laicis praescriptis, *Heinricus Praepositus de Diessen*, *Heinricus Praepositus Novacellensis*, *Conradus de Stilfes*, *Altmannus*, *Berctoldus de Eznich*, *Albertus de Aichach* canonici *Brixinenses*, *Uolricus de Rasen*, *Fridericus de Castelrut*, *Eberhardus de Sabiona*, *Gotschalcus de Ufhoven*, *Albertus de Rischone*, *Hartmannus de Monte*, et frater suus *Arnoldus*, *Heinricus de Villanders*, *Eberwinus de Monte*, et alii quam plures.

Actum Anno Domini MCCXXXII. Indictione V.

Nro. CXXV.

Concambium Henrici Brixinensis Episcopi et Ottonis Meraniae ducis.

(Ex Archivio Brixinensi.)

Henricus Dei gratia *Brixinensis* ecclesiae episcopus, universis XPI. fidelibus tam praesentibus quam

futuris in vero salutari salutem. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod DUX MERANIE promisit, bona fide absoluere nobis curiam de *Oxuemes*, et decimam a Domino *Ulrico de Friuntesberch*, si unquam possit et statim quando feudum suum sibi concessimus apud *Brixinam*, quod si facere non posset, ad presens promisit, nobis et successori nostro — XX. marcas argenti in proxima purificatione sancte Mariae vel ad plus octo diebus post et Domino *Friderico de Sconecke* XXX. marcas — et Dominis Canonicis et Capitulo LXXX. marcas argenti et ceteris V. qui fuerunt *arbitrarii* inter nos et *Ducem Meranie* CC. marcas pro consilio pro toto argento dicto promisit Dux in manibus nostris, fide data, in Purificatione S. Mariae solvere dictam pecuniam et ministeriales sui, hi videlicet *Eberhardus de Porta*, *Albertus de Widerspere*, *Wittilo*, *Arnoldus Forſcho*, *Rudegerus de Matray* juraverunt fidem illam servare, et intrare civitatem *Brixinam* et inde non exire, donec dicta pecunia fuerit persoluta. — — — Acta sunt haec Anno Domini Inc. MCCXXXII. Indict. V. Praesentibus his: Praeposito, Decano cum canonicis suprascriptis. Praeposito *Heinrico de Diezze*, *Henrico de Novacella* etc. Item *Walpatone*, *Friderico de Zwernitze*, *Ulrico de Reſene*, *Eberhardo de Sabiona*, *Friderico de Caſtelrut*, *Gotſchalco de Uſhoven*, *Alberto de Riſchon*, *Henrico de Villanders*, *Hartungo de Monte*, aliisque quampluribus, qui supradictis perhibent Testimonium.

Nro. CXXVI.

Litterae Ottonis Meraniae Ducis, Comitis Palatini Burgundiae, quibus decimam suam in Choburc Ecclesiae sancti Dionisii in Banze legat, et cognatum suum Comitem Hermannum de Henneberg mediae partis conservatorem et defensorem constituit.

(Ex Archivio Banz.)

1248.

In nomine Sancte et individue trinitatis Amen. Legata pro remediis animarum scripture necesse est commendari, ne, si deciderint humane memorie, fidelibus legatariis expensarum et laboris generetur dispendium. Nos igitur *Otto Meranie dux, Burgundiae Comes palatinus* manifestum esse volumus, quod spiritu contriti, spe salutis eterne nihilo minus inducti, totalem decimam nostram in *Choburc* ecclesiae et conventui *S. Dionisii* in *Banze* legavimus in perpetuum profuturam, eo pacto, ut singulis mensibus una die missis et elemosinis nostra celebretur memoria, de medietate decime prehabite dilectam *cognatum nostrum, comitem Hermannum de Henniberc* ad conservandam sepedictam ecclesiae pernotate fideicommissorem statuimus ac defensorem. Quod factum, ne imposterum per importuni-

tatem pravorum possit attemptari, presens scriptum sigillo nostro et testibus sub notatis roborare curavimus. Testes sunt, *Ludewicus abbas in Lancheim, Heinricus, Bertoldus, de Lancheim* monachi. Laici: *Raimungus de Blaſſenberc, Willeprant dapiſer, Godefridus Pincerna* de *sume* et filius ejus *Otto. Cunrat de Cunſtein, Leopoldus de Copee, Eberhardus de Waldenvels, Rudigerus de Hutschdorff, Ramunc Henlin,* filius *Ramungi de Blaſſenberc* et alii quam plures.

Actum Anno Domini MCCXLVIII.

Nro. CXXVII.

Litterae Ekkeberi Babenbergenſis Epiſcopi quibus advocatiam bonorum circa Wachenrode, pecunia ſua redemtam, fratribus de monte S. Michaelis contulit pro celebrando anniverſario ipſius Epiſcopi, nec non patris ſui Bertoldi Ducis Meraniae et beatae memoriae Sororis ſuae Gertrudis Ungarorum Reginae. Teſtantibus Ottone Duce Meraniae, et Heinrico Marchione Yſtriae.

(Ex arch. S. Michaelis Bamberg.)

1217. Indict. V. Anno videlicet, quo fuit Jerosolomitana Expeditio.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Ekkebertus dei gratia Babinbergenſis Epiſcopus.* Quam-

vis benefacta bonorum sint in Oblivione coram Deo, tamen memoris hominum exemplo ea tradere plerumque fructuosum est, et contra quaslibet errorum calumpnias cautum solet esse in posterum. Notum igitur esse cupimus universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter nos intuitu superne remunerationis, considerata quoque advocatorum violencia, qua omnes jam ecclesie usque ad desolationem atteruntur, assiduis quoque pulsari querimoniis, *fratrum de monte S. Michaelis* advocaciam bonorum circa *Wachenrode* ad prefatam ecclesiam attinencium scilicet *Elſendorf*, *Lache*, *Winterbach*, aliud *Winterbach*, *Rote* in *Eleſpach*, *Tubenbrunne* et *Sande* pecunia nostra, quam secundum placitum nostrum libere potuimus erogare, juste et rationabiliter redemimus, eandemque advocatiam cum statuto jure, frumento videlicet et aliis utilitatibus super altare *S. Archangeli Michahelis* jure proprietario optulimus, ut in anniversaria nostri memoria *et patris mei Bertholdi ducis Meranie et beate memorie ſororis mee Gertrudis regine Ungarorum* cum vigiliis majoribus missis et elemosinis sollempniter agatur et fratribus copiosa consolatio exhibeatur, videlicet talentum pro piscibus quinque sumerina tritici, vini precipui urna et dimidia, casei LX., ova trecenta, piperis et aceti, quod sufficit. Prenominata vero bona omnes successores nostri episcopi sua teneant defensione sine usus perceptione, recompensata sibi divina remuneratione, nec ullam sibi

usurpent potestatem, prefatam advocatiam infeodandi, sive aliquomodo ab ecclesia *Sancti Michahelis* alienandi, similiter nec abbas prefati cenobii, cui nullam in hoc concedimus potestatem. Conservantibus hec, gratia et pax sit a Deo, infringere vero ea temptantibus iram et vindictam omnipotentis dei imprecamus, ut jaculo excommunicationis fulminati e longata benedictione eterna eos maledictio possideat. Hanc igitur cartam supra his conscribi et testium annotatione et sigilli nostri appensione voluimus roborari. Testes sunt, *Otto dux Meranie*, *Heinricus Marchio Yſtriae*. Canonici majoris ecclesie, *Boppo*, *majoris ecclefie Praepoſitus*, *Hermannus*, prepositus *S. Stephani*, *Sifridus*, prepositus in *Tirſtat*, *Otto de Phophenhoven*, *Marquart Cuſtos*, *Rudegerus*, *Goteboldus*, *Decanus S. Stephani*, *Heinricus*, *Decanus in Turſtat*, *Laici*, *Chunradus de Kalwenberc*, *Friderich*, *Walpoto*, *Eberhart de Tunnevelt*, *Heinrich de Rute*, *Hertegen et Eberhart de Wiſintawe*, *Marquardus Flicher*, *Heinrich Slicher*, *Heinrich de Steten*, *Eberhart de Ketſindorf*, *Ekkenbertus de Botenſtein*, *Eberhart et Eberhart filius ejus de Frensdorf*, *Ailbrecht*, *Wirt*, *Otto de Trupach* et alii multi.

Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXVII. Indict. V. anno pontificatus nostri XV. Anno videlicet, quo fuit *Jerosolomitana Expeditio* feliciter Amen.

Nro. CXXVIII.

Concordia inter Henricum Babenbergensem Episcopum et Langheimense Monasterium super Villa Mistelvelt a bonae memoriae Ottone illustri Duce Meraniae et Comite Burgundiae Palatino, in obitu suo Ecclesiae Langheimensi delegata, etiam pridem per Dominam Cunize pro anniversario celebrando Ecclesiae Babenbergensi collata.

(Ex archivio Langheimensi.)

Actum apud Babenberc anno 1249. quinta Maii.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente gratia *Bambergensis Episcopus*, *Albertus prepositus*, *Fridericus Decanus* totumque Capitulum ejusdem ecclesie, universis, presentes litteras inspecturis, in omnium salvatore salutem. Tenore presentium protestamur et ad universorum notitiam volumus pervenire, quod cum *bone memorie Otto illustris*, *Dux Meranie et Comes Burgundie Palatinus* villam in *Mistelvelt*, quondam ad nos spectantem, sed per longi temporis negligenciam a progenitoribus suis ab ecclesia nostra subtractam, in obitu suo ecclesie in *Langheim* delegasset, ut ejus ibidem memoria haberetur; Nos post motam inter nos aliquamdiu super eadem Villa controversiam

cum predictis fratribus, Abbate et Conventu in *Langheim* concordavimus in hunc modum, quod idem Abbas et Conventus solveret nobis singulis annis in anniversario Domine *Cunize*, quae ecclesie nostre bona eadem contulit, XX solidos *Bambergensis monete*, et ipsi nihilominus anniversarium eundem cum devotione et solempnitate debita celebrabunt. Quare nos cessimus omni juri et actioni, que nobis in predicta Villa competebant, relinquentes eam libere et absolute et sine contradiccione qualibet fratribus ante dictis, excepta pensione prenominata, quam nobis annuatim solvent *in festo S. Euphemie Virginis*, quando celebrabitur *anniversarius Domine Cunize* supra dicte, sicut superius est expressum. Recognoscimus autem ista bona supra dicto coenobio *Langheim* cum omni integritate et cum omnibus suis pertinentiis et utriusque sexus mancipiis, cum fundis, agris, silvis, pratis, pascuis, hortis, locis cultis et incultis, et molendinis et omnibus utilitatibus ad predictum locum quolibet proprietatis jure vel feodali pertinentibus, ut eis utantur libere et quiete, nullam ipsis moturi supra promissis de cetero questionem. In cujus rei testimonium presentes litteras abbati et conventui dedimus, sigillorum nostrorum appensione munitas. Testes hujus rei sunt, *Cunradus Abbas de Banze*, *Henricus de Hagenawe*, monachus in *Ebrach*, *Gerhardus* custos in *Ebrach*, *Magister Petrus*, custos *Sancti Jacobi*, *Comes Heinricus de Ortenberch*, *Ludovicus de Rothen*, *Wolframus*

Marscalcus de Kunstat, *Heinricus de Stritberc*, *Wolframus dapifer de Newensdorff* et frater ejus *Ulricus*, *Fridericus de Gunderoth* et frater ejus *Beringerus*, *Cunradus Cratze*, *Otto Gerewa*, *Rupertus Storo*, *Gunderhus Scultetus*, *Sifridus Camerarius*, *Gundohus*, *Gotefridus Monetarius*, *Heinricus de Bach*, *Heinricus* filius *Brunwardi*, *Sifridus* et frater ejus *Herdenus de Culmenach* cives *Bambergenses* et alii quam plures.

Actum apud *Babenberc* anno dominice incarnat. MCXXXXIX. indict. VII. quinta die intrantis May.

Nro. CXXIX.

Litterae Alberti Comitis Tirolis, quibus monasterio Neocellensi apud Brixinam duodecim carrunculas salis de salina sua in Taur singulis annis delegat.

(Ex Archivio Neocellensi.)

Actum apud Matrey anno 1236.

In nomine altissimi Dei Amen. Labitur occulte fallitque vollatilis etas, et nihil est velocius, annis, ideo utique quod agitur a modo etiam scribi solet et scripture comendari, ut ejus adminiculo et

testimonio ad posterorum notitiam deducatur, maxime cum scriptura contineat fidem rei geste. Pateat igitur omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod *nobilis et illustris Comes Albertus de Tyrol* ad honorem Dei omniumque sanctorum suorum et in remedium peccatorum suorum contulit monasterio *Neocelle apud Brixinam* duodecim carrunculas salis, *de salina sua in Taur* singulis annis ante festum *Sancti Joannis Babtiste* aut proximis XIV. diebus inde persolvendas Dominus et Conventui Domino deo inibi servientibus et continuas psallentibus laudes, quod ut ratum maneat et firmum, placuit in cartam scribi et sigillo nostro confirmari cum testium adnotatione, Dominus *Wilhelmus de Velturnes*, *Reimbertus Gerro*, *Ulricus Supan*, *Engilmar Tarant*, *Hainricus de Matrey*, *Chuno de Matray*, *Otto de Taur*, *Hainricus de Guffedun*, *Hainricus Senior*, *Tseiling Gotschalcus*, *prepositus de Taur*, *Chunradus* scriptor et alii.

Actum apud *Matrey* Anno Domini MCCXXXVI.

Nro. CXXX.

Litterae Ottonis Ducis Meraniae, Comitis Palatini Burgundiae, quibus haeredibus Eberhardi Forschonis de Thurnau, et filii ejus Alberti de Wallenrode, Marscalci sui, castrum Arinsteine (Marnstein) *villam Rodewanstal* (Rockmanstall) *et Zapfendorf jure contulit feudali. Apposito Sigillo Heinrici comitis de Henninberc avunculi sui, et Friderici comitis de Kastel.*

(Ex arch. Giechien. Thurnaviae.)

Datum apud Lichtenvels anno 1244. 24. Aug.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Quoniam natura hominum est labilis et infirma, et propter naturalem facilitatem sue Conditionis homines ad dissentiendum facile provocantur, ne rerum gestarum memoria naturam fluentis temporis comitetur, ea, que geruntur in tempore, perennari debent perpetuo munimine litterarum. Nos igitur *Ottho* dei gratia *Dux Meranie*, *Comes palatinus Burgundie* Notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod dilecti fideles nostri *Eberhardus Forscho de Turnowe et filius suus Albertus de Waldinrode Marscalcus noster*, precibus nostris favorabiliter annuentes, octingentas Marchas argenti nobis

crediderunt, quas nos ipsis simus et semel reddere debemus. Quare nos ipsis et heredibus ipsorum videlicet filiis jam dicti *Alberti Marscalci nostri et filiis fratris sui Theoderici qui vocabatur* der Berner, *castrum nostrum Arinsteine* cum omnibus pertinentiis et juribus suis et villam nostram *Rodewanstal* cum omnibus pertinentiis et jure suo ratione et jure contulimus feudali. De bona quoque voluntate nostra et ad precum nostrarum Instantiam *Guntherus illustris Comes de Keuirnberc castrum Stufinberc* cum omnibus pertinentiis et jure suo ratione et jure contulit. feudali. Nos quoque feudaliter ipsis contulimus, illam *Zapphindorf* cum omnibus pertinentiis suis et jure, quod nobis ibidem comperebat. In oblivionis itaque exterminium presentem paginam conscribi fecimus et sigilli munimine roborari, et ad majoris muniminis Firmamentum sigilla dilectorum ac specialium amicorum nostrorum *Heinrici Illustris Comitis de Henninberc Auunculi nostri*, *et friderici Comitis de Kastel* apponi fecimus isti carte. Datum apud *Lichtenvels*. Anno gracie Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, octavo Kalendas Septembris Indict. secunda. In presentia testium subscriptorum *Hermanni Comitis de Orlamunde*, *Henrici Comitis de Henninberc*, *Friderici Comitis de Kastel*, *Ulrici nobilis de Kalwinberc*, *Rinoldi nobilis de Zwernz*, *Ebirhardi pueri de Blassinberc* et filiorum suorum *Ramungi et Ebirhardi*, *Ramungi de Blassinberc* et filii sui. *Alberti de Wirtisberc* et filii sui, *Willeprandi de*

Blaſſinberc dapiferi noſtri, *Heinrici de Privil*, *Ludowici de Rinſtete*, *Henrici junioris de Schowinberc*, *Friderici Wolframi et Alberti Forseonum*, *Manegoldi de Oſtheim*, et aliorum multorum.

Nro. CXXXI.

Litterae Heinrici Herbipolenſis Epiſcopi, quibus decimam in Brahbach (Prappach) *a Wasmundo de Spekevelt, Duci Bertholdo de Meran, et ab ipſo Eccleſiae Herbipolensi refutatam, monasterio in Eberach contulit.*

(Ex Archivio Ebracensi.)

Actum 1206. indict. nona regnante glorioso Philippo, Romanorum Rege.

In nomine sancte Trinitatis. Ego *Heinricus* Dei gratia *Wirzeburgenſis electus*. Noverint universi, tam futuri, quam praesentes, quod *Dux Bertholfus de Merena* decimam in *Brahbach* a nobis in feodo habebat, et ab eo *Wasmundus de Spekevelt*. Preterea ita factum est, et ad hoc productum, quod *Wasmundus Duci*, et Dux iterum nobis eandem decimam resignavit, uterque pari voto et unanimi flagitantes desiderio, quatenus predictam decimam *monasterio in Eberah* conferre dignaremur, Deo et beate Mariae virgini devote famulantibus inibi profutura,

Nos ergo ad illorum petitionem decimam in *Brahbach* monasterio in *Ebera* pia liberalitate conferentes, presentem paginam, quam super hac donatione conscribi jussimus, sigilli nostri titulis irrefragabiliter confirmamus, Dei et nostra auctoritate districte precipientes, nec aliqua persona ecclesiastica secularisve, *Eberacenses* in sepedicta decima presumat deinceps inquietare, quod qui fecerit, a Christo Jesu anathema sit. Hi sunt testes, *Otto* prepositus, *Persius* decanus, *Albertus* scolasticus majoris ecclesiae, *Regenoldus* archidiaconus, *Godefridus* prepositus de *Cugelberch et Theodericus Blumelinus*, *Laici*, *Wolframus de Zabelstein* et frater ejus *Heinricus Nidungus*, *Adelhunus*, *Cunradus et Ludewicus* frater ejus de *Stolberch*. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo VIto. Indict. nona. Regnante glorioso Philippo romanorum rege et semper Augusto feliciter Amen.

Nro. CXXXII.

Concordia per Heinricum Babenbergensem inter Episcopum Herbipolensem ex una, et illustrem ducem Meraniae Ottonem ex altera parte promota.

(Ex Archivio Herbipol.)

Actum Anno 1244. VII. Cal. Octob.

Heinricus Dei gratia *Babenbergensis electus*. Cum inter venerabilem Dominum *Hermannum Herbipo-*

lensem Episcopum ex parte una, *et illustrem ducem Meraniae Othonem ex parte altera*, quaedam esset suborta discordia, que discretorum virorum Consilio indigebat terminari, nos de consilio nobilium terrae, ad diem quem inter se acceptaverant, accessimus, ubi multis tractatibus hinc inde habitis, talis concordia intervenit, quam etiam pacis osculo dicti principes firmaverunt. Dominus episcopus dominum *Heinricum de Stritberg et Ottonem de Scowenberg*, *ministeriales domini Ducis*, quos *captivos* tenebat, absolutos dimisit, qui cautionem praestabant, que *urphede* vulgari appellatur. Item *Hermannus de Hebesberg* ad petitionem Domini *Ducis Wolframum de Zabelstein*, *pincernam* ipsius domini *episcopi*, sub eadem cautione dimisit, absolutum, et nos dictum *Hermannum* gratiae domini Episcopi plenarie reformavimus, et idem *Hermannus* cum quinquaginta militibus serviet Domino Episcopo, cum ab eo fuerit requisitus, ita, quod si una vice tot milites simul ducere non posset, altera vice predictum numerum supplebit. Item dominus dux pro damnis illatis Domino episcopo apud *Seslach* et apud *Ebern* per homines domini *ducis Meraniae* dabit domino Episcopo centum quinquaginta Marcas argenti, quas in his terminis persolvet, in *Epiphania* domini proxima quinquaginta, in festo *Walburgis* proximo subsequenti centum, super quibus fideijussores dedit, *Henricum Scowenberg seniorem*, *Henricum de Stritberg*, *Ramungum de Blassenberg*, *Lu-*

dowicum de Rotinhagen et *Albertum Marschalcum de Wallenrode*, et sextum eis adjunget, *Sibertum de Windeheim* vel *Hermannum de Libesberg*, si apud *Sipertum* hoc non poterit obtinere, qui fideijussores, si dicta pecunia premissis terminis soluta non fuerit in quolibet istorum termino, in *Babenbergensem* civitatem se recipient, inde non exituri, nisi pecunia persoluta, quae pecunia nuncio ipsius domini episcopi ante *monetam in Babenberg* cum pondere ejusdem civitatis assignabitur, et sub damno ipsius domini *Ducis* et periculo ad *Castrum Stolleberg* deducetur. Item Dominus *Dux* impedimentum quod in ecclesia *Haldenstatt* fecit Domino Episcopo, removit, et juri, si quod inde habuit, renunciavit. Item centam, in *Bunach* villam translatam, in loco *Medelitz* restituet, in quo antiquitus consuevit esse, ad quem homines *Ducis* venire tenentur, Dominus *Dux* etiam recognovit jus venationis, quod *Wildpan* dicitur, domino episcopo in districtu ipsius Domini episcopi ita, quod in eodem jure ipsum non debeat impedire. Et per hanc concordiam omnia damna, nova et antiqua, hinc inde illata penitus sunt sopita, eo excepto, si homines Domini episcopi adversus ducem, vel homines suos, aliquid habuerint questionis, vel e converso, homines ducis adversus dominum episcopum, vel homines ejus; Domini utrobique complanabunt amicabiliter, vel justitia mediante. Et ut hec patefiant omnibus et firma permaneant, ad petitionem ipsornm presentem

paginam conscribi fecimus et sigillis eorum et nostro roborari. Actum Anno Domini MCCXLIV. VII. Cal. Octbr. indict. III.

Nro. CXXXIII.

Litterae Ottonis Ducis Meraniae, in expeditionis regiae procinctu constituti, quibus ecclesiae beati Dionisii in Banz predium Gemlence (hodie Gnellenrode) *ita deputat, ut si in dicta expeditione decesserit, predium sine advocato ecclesiae contingat. Approbantibus consanguineis Ducis, Diepoldo Marchione, et Poppone comite.* Sine anno.

(Ex Archivio Banz.)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Dux Meraniae.* Quia sicut aquarum Decursus habitur humana mortalitas, et quod est hodie ad non esse tendit, cottidie magno providentie studio precavendum est, ut, quod a nobis, dum nobis res est, pro anima agitur, literis mandetur, ne, quod nostre mentis agit intentio, ingrata intercipiat oblivio. Notum itaque sit omnium, tam presentium quam succedentium etati, qualiter nos temporalibus eterna comparari volentes pro remedio anime nostre ecclesiae *B. Dionisii in Banz* predium nostrum Gemlence dictum deputavimus, ita, *ut si in expeditione regia, in cujus procinctu constituti*

sumus, viam universe carnis nos intrare contigerit, idem predium sine advocato cum omni utilitate praedicta ecclesia possideat. Quod ut firma et rata constet auctoritate, hujus rei executionem et contestationem in manu et fide *consanguineorum nostrorum Diepoldi Marchionis et Popponis Comitis* constituimus, et nostri sigilli appensione roborari constituimus, sed et testium annotatione firmamus. Testes sunt *Fridericus Walpoto*, *Heinricus advocatus de Starzperc*, *Ailbertus Lichtensterne*, *Eberhard Rihter*, *Friderich Eberhart de Blassenberc*, *Herolt de Havve*, *Eberhard de Kessendorf*, et alii plures.

Nro. CXXXIV.

Litterae confirmationis Ottonis illustris ducis Meraniae, comitis Palatini Burgundiae, quibus donationem Heidenrici, dicti de Rubersdorf, qui ordinatione Ducis Bajulus et ordinator rerum ejus in comitatu Burgundia constitutus, monasterio in Langheim de bonis suis apud Novum Castrum pro sua salute et felicis recordationis Domini sui Ottonis, ducis Meraniae et dominae Beatricis uxoris ejus factam, rati habet.

(Ex Archivio Langh.)

Datum apud Witzmain anno gratiae 1246. octav. Kal. Maii.

Universis presentem paginam inspecturis. Ego *Heidenricus Rubendorf* in Christo feliciter perennare.

Quoniam peccatrix anima ab homine vendite a diabolo peccati pretio comparata vili pecunia cooperante pretiosa Dei misericordia redimitur, et redemta veri pastoris reducitur in ovile. Ego *Heidenricus* jam dictus Zelo divine pietatis accensus, et incendio perfecte charitatis in Deo bona mea apud *novum castrum* sita, que me jure hereditario contingebat, campis, pratis et nemoribus comprehensa, expresse curiam meam ante *novum castrum* positam, et etiam quedam alia bona mea, pro remedio peccatorum meorum et *pro salute animarum felicis reccordationis domini mei Ottonis Ducis Meraniae et domine mee uxoris ipsius Beatricis*, nec non pro salute animarum patris mei et matris mee, et etiam pro salute istius domini mei *Ottonis illustris ducis Meraniae*, comitis *Palatini Burgundiae*, ecclesiae in *Langheim* legavi libere, et donavi. Quare dominus abbas ecclesiae et totus ibidem conventus nobis sunt in domino fideliter obligati, quod ipsi in perpetuum secundum ejusdem ecclesie piam et regularem consuetudinem, toti conventui quolibet die Sabbathi cum vino de *Wluelingen*, vel de *Duringstat*, vel cum alio vino aeque bono, si predictorum locorum vina deficerent, ad hujusmodi Servitium peragendum, secundum mensuram et consuetudinem, quemadmodum servita pro salute animarum domini mei ducis, et domine mee, uxoris sue, celebrantur, fraterne et honorabiliter ministrabunt vino; quod crescit in *Suinsberge*, ab hac pia domi-

norum consolatione amnino excluso. Nos frater *Johannes*, *Abbas in Ebrach*, cum successoribus nostris nos ad hoc in perpetuum specialiter obbligamus, ut si forte Dominus *Abbas et Conventus in Langheim* pactionem et statutum hujusmodi non servarent, nos ipsos ad observationem hujusmodi compellemus. *Nos Otto Dei gratia Dux Meraniae*, *comes Palatinus Burgundiae*, et successores nostri, pro nostrorum remissione peccaminum, bona predicta, tanquam alia bona ipsius ecclesie, nostre protectionis presidio commendata, a violentiis pie et fideliter defendemus ad petitionem ipsius abbatis et conventus, nec non ad instantiam prefati *Heidenrici*, *dicti de Rubendorf*, *qui ordinatione nostra bajulus et ordinator rerum nostrarum est in comitatu nostro Burgundie* constitutus, ordinare volentes fideliter et cavere, quod predicta pactio et statutum perpetuo maneant inconvulsa. Datum apud *Witzmain* anno gratie 1246. octavo Kal. Maji indict. IV. in presentia subscriptorum: *Gerungi* plebani in *Kitzingen*, *Hermanni* plebani in *Scheslitz*, *Friderici Waltbotonis de Swernitz*, *Heinrici de Strittberg*, *Ranveregi de Blassenberc*, *Willebrandi de Blassenberc*, *Rudegeri de Hutesdorff*, *Gotfridi* pincerne, et *Ottonis* filii sui et aliorum multorum.

Nro. CXXXV.

Gebhardum inter Comitem de Hirſchberg, ac Mainhardum et Albertum Tyroleos et Göritiae Comites, inter ſe diſceptantes Sententia arbitri ad id compromiſſi, Ludovici Bojorum ducis, de haereditate Ottonis Meraniae ducis, et Alberti Tyrolenſis Comitis.

(Ex Authographo, hinc inde corrupto et a muribus corroso.)

Actum Sterzing. 13. Januarii 1263.

In Nomine Domini, Amen. Nos *Ludowicus Dei Gracia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie*, universis praesentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum *inter nobiles viros Dominum Gebhardum comitem de Hierzberch*, ex parte una et *Dominum Mainhardum et Albertum de Goricia, et de Tyrol comites* ex altera, super diversis bonis propriis et feodis, castris, villis, possessionibus, juribus, districtibus, hominibus et rebus aliis, quondam *Ottonis Ducis Meranie, et Alberti de Tyrol Comitis* questio verteretur, et super ipsis per justitiam, vel amicabilem compositionem finaliter faciendam, in nos fuisset a partibus praecise et simpliciter compromissum, sub pena, instrumentis super confectis plenius comprehensa: Nos inspectis utriusque par-

tis instrumentis, super dicta quaestione et aliis munimentis auditis, et partium principalium assertionibus et consiliariorum earundem, requisito etiam consilio nostrorum fidelium, et Ministerialium, et aliorum plurium sapientum super partium assercionibus supradictis diversis, et consiliis hinc inde propositis ac porrectis nobis discussis in nostra conscientia, et discretione a Domino nobis data, prout ex juramento praestito tenebamur, Dominum habentes prae oculis et cavere nostrae conscientiae cupientes, ponderantes etiam aequaliter, quia aequaliter affinitate nobis pertinent, dicte partes, maxime *G. de Hierzberch et M. de Goricia Comites*, dictam quaestionem potestate nobis a partibus tradita, sub forma scripta inferius, taliter definivimus.

Dilectus — fidelis et *affinis noster G. Comes de Hirzperch et sui liberi, quos ex charissima nostra germana Sophya procreavit, seu etiam generabit*, et nihilominus ipse Comes, si supervixerit, nullis superstitibus liberis, deinceps pacifice possidebunt castra *Slozberch*, *Fragenstein*, *Tauer*, *et Salinam in Tauer* cum suis pertinentiis et commoditatibus, cum quibus consuevit hactenus expediri, juribus, districtibus, villis, possessionibus, Ministerialibus et ceteris hominibus, et rebus aliis, quocunque nomine censeantur, montibus, planis, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis, aquarum decursibus, quaesitis et inquaesitis et omnibus pertinentibus ad praedicta sitis in-

fra aquam dictam *Telfs*, et ipsius atque alveum, prout protenditur *in Eni alveum*, et cacumina moncium, que dicuntur *Jouch*, ex una parte *Eni*. Item *ex altera parte Eni* cedant eidem Comiti *castrum Rotenburch*, cum suis pertinentiis, bona, villas, possessiones, districtus, jura, Ministeriales, et coeteri homines, ac res aliae, quocunque nomine nuncupentur, constituta infra alveum aque dicte *Nuspach*, prout *cacumina montium*, que dicuntur *Jouch*, super cursum aque dicte extenduntur usque ad alveum *Eni* fluminis supradicti, cum districtibus, quos idem *Comes de Hierzperch* ex utraque parte *Eni* fluminis possidere consueverat usque modo infra terminos supradictos, adjectis nihilominus libertatibus, per quas prosperari et expediri possunt, bona omnia supradicta, et *salina in Tauer* praecipue, sive consistant libertates hujusmodi ac commoda in silvis, aquis, montibus, viis publicis et privatis, ad quemcunque in presenti pertineant, ac etiam in futuro.

Et si difficultates emerserint in predictis per nobiles viros *M. et Alb. de Goricia et de Tyrol Comites* praedictos, seu haeredes eorum, ministeriales ac homines eorundem ipsi seu heredes eorum tenebuntur impedimenta seu difficultates hujusmodi bona fide infra quatuor mensium spacium expedire, vel cicius, nisi fuerint causa legitima impediti. Item nec poterit nec debebit, et si factum fuerit, non valebit predicta bona omnia, que superius sunt expres-

sa, dictus *G. Comes* et sui liberi alienare, vendere, permutare, vel quocunque modo alio distrahere, quo minus ad predictos *Comites M. et Al.* et ipsorum liberos devolvantur, si eundem Comitem sine liberis contingat decedere ex Domina S. nunc uxore sua procreatis. Dilectus vero *affinis noster pro se: et nobilis vir Al. frater suus* et eorum liberi, vel ipsi, quamdiu sunt, vel divisim vixerint, et non amplius deinceps, pacifice possidebunt, et libere preter predicta, que *G. Comiti de Hierzperch* per nostram assignavimus diffinicionem. Omnia bona cetera, castra, Villas, districtus, jura, Ministeriales, ceterosque homines et res alias cum omnibus attinentiis, pascuis, pratis, silvis, montibus, aquarum decursibus, viis et inviis, quesitis et inquesitis et advocaciam, que dicitur *Casten Vogteye* et alias advocacias Ecclesiae *Brixinensis*, quae dicuntur fuisse de bonis nobilium Virorum *O.* bone memorie *Ducis Meranie*, et *Al. Comitis Tyrolis*, de quibus etiam inter ipsos *M. et Al. Comites* ex una parte, et *G. Comitem de Hierzperch* ex altera, et de bonis similiter, que per nostram ordinationem cesserunt eidem *G. Comiti*, questio vertebatur, et predicta omnia, quorum termini incipiunt a ponte dicto Prennerpruck per *totam Vallem Eni descendendo*, et a *Prixina* usque *ad vallem Eni*, *si dicti M. et Al. Comitis sine liberis decesserint*, cedant libere, ac quiete *G. de Hierzperch* comiti, et ejus liberis, quos genuit, seu generabit: Et nihilominus ipse *Comes G.* tantum,

si superstes fuerit nullis liberis superstitibus possidebit — formam jam expressam debent vel potuerunt, vel, si factum fuerit, non teneatur ipsum — — dicti *Comites M. et Al.* — vendere, vel permutare, vel quocunque modo alio distrahere bona, que cesserint eis — — — — ad *G. Comitem de Hirzperch*, prout superius est expressum — — et totaliter — — *M. et Al. Comites* supradicti et eorum liberi *Thelonia, que in* Langenprucke *et* — — — — deinceps ibidem et alibi *nova Thelonia* instituent — — eorum liberi non — — in terminis sibi deputatis, si ipsi et Eredes eorum penam — — — — memoratis partibus definitos cum bonis omnibus et — novo edificet — vel permittat, seu possessiones vel alia bona emat, vel commutet — — destrui vel retractari faciat infra menses quatuor bona fide, si penam voluerit — suprascriptam. Et quod timeatur specialiter, quodque caveatur expresse, specialiter definimus, quod — — est expressum, scilicet quod Ministeriales et ceteri homines, cujuscunque condicionis existant, vel quacunque nomine censeantur, in suis locis, et terminis remaneant, in quibus fuerunt, quando in nos extitit compromissum. Et — illi parti eo jure ac consuetudine, quibus actenus sunt possessi et vivere consueverunt, in terminis superius definitis, exceptis illis, quos *G. Comes de Hierzperch de familia sua, jure paterno, vel materno* ad ipsum pertinente, vel de Domine *S. Uxoris suae* familia in Terminis dictis *M. et Al.* et ipsorum liberis de-

putatis fecerit actenus maritari, quibus etiam omnes eorum liberi, quos genuerint ipsi, *G. Comiti* libere remanebunt. Alii tamen Ministeriales et ceteri homines *G. de Hierzberch Comitis*, sine consensu partis adverse matrimonium non contrahent, et si contraxerint, liberi equaliter dividentur, nec idem *Comes de Hierzperch*, nec sui liberi, homines cujuscunque condicionis recipient, vel eos tuebuntur in prejudicium *M. et Al. Comitum* predictorum. Et jam dictam formam in Ministerialibus et hominibus eorundem *M. et Alb. Comitum*, et ipsorum liberorum volumus observari sub pena, que inferius exprimetur: que est talis, in omnibus articulis comprehensis superius, videlicet, quod quecunque parcium predictarum venerit contra supradictos articulos definitionis in toto, vel in parte, nec hoc bona fide revocaverit, infra menses IV. monita a parte, que est lesa, vel a nobis, penam incurrat perjurii, et nihilominus omne jus amittat ipso facto, quod sibi competit in rebus et hominibus sibi cedentibus ex nostra definitione: Et nihilominus nos parti lese fideliter et efficaciter assistemus pro juribus, et pro posse cum fidelibus et Ministerialibus in Instrumento compromissi in nos facti, per ordinem comprehensis. Addicimus etiam, ut si discordie de novo exorte fuerint inter partes super hiis, que per nos sunt definita, ad nos, vel ad eos, quos ad hoc duxerimus deputandos, recursus habeatur, et nostra vel deputatorum hujus servetur diffinicio super dictam penam,

quemcunque nos violatorem nostre definiciones judicaverimus in hoc casu. Si autem inter Ministeriales seu homines parcium predictarum contemptio, vel discordia habeatur, que inter ipsos discordantes sopiri non valeat infra mensem, ad *quatuor in Tower*, *Fragenstein*, *Rottenpurch*, *et in Halle capitaneos ex parte G. Comitis de Hirzberch*, et suorum liberorum; et quatuor videlicet in *Inspruche*, *Vellenperch*, *Strazfride*, *et in Materai capitaneos*, *ex parte M. et Alb. Comitum* et suorum liberorum, — recursus finaliter habeatur, qui si hujusmodi discordiam sopire non poterint, finaliter infra mensem, et emendari dampna, vel gravamina, que — — — ad nos vel ad eos, quos ad hoc duxerimus deputandos, rercursus habeatur, et nostre diffinicioni, vel quos ad hoc deputaverimus, stetur cum effectu. Alioquin pars inobediens, et impediens nostram ordinacionem penam incidat supradictam. Preterea volumus inviolabiliter observari, ut si predicti tres Comites, fidejussuros aliquos constituerint suo nomine, unusquisque illos, quos constituit, liberet a festo purificationis non venturo infra annum: alioquin ad dampna et interesse fidejussorum, quod incurrerit, teneatur.

In cujus Rei testimonium presentes literas nostro et reverendi patris, domini *Leonis Venerabilis episcopi Ratisbonensis*, nec non nobilis viri *G. Comitis de Hierzperch* saepe dicti, sigillis fecimus communiri.

Testes vero, qui praesentes fuerunt, sunt hi: venerabilis *episcopus Ratisbonensis*, *D. Arbo archidiaconus Eichstedensis*, *Hartwicus notarius episcopi* praenotati: *Nobiles viri: Berchtoldus Comes de Eschenloh*, *Fridericus et Beraldus fratres de Wangen*, *Albero de Prucperch*, *Heinricus de Seuelt*, *Henricus de Aursperch*, *Gebhardus Comes de Rotenecke*, *Ulricus de Tovers*, *Bernart de Willheim*, *Ortolfus de Sterzingen*. *Ministeriales*: *Fridericus de Friunzperch*, *Gebhardus de Velwen*, *Winhardus de Rorpach*, *Heinricus de Prisingen*, *Ulricus de Mosen*, *Pertholdus et Hartmannus dicti Tarant*, *Bertungus de Maise*, *Chunradus Purchgravius de Lonz*, *Nicolaus de Bosano*, *Wernerus de Tablat*, *Fridericus de Rodank*, *Pertholdus Chrello*, *Jacobus et Dietmarus dicti Trautson*, *Wilhelmus de Prumperc Heinricus de Welfsperch*, *Chunradus de Vellenperch*, *Lazarus*, *Heinricus de Mazzingen*, *Ulricus Judmannus*, *Heinricus de Hoffstetten*, *Fridericus de Rottenpurch*, *Heinricus et Chonradus fratres de Tower*, *Chunradus et Otto filii dicti Hebeling*, *Fridericus dictus Berchtinger*, *Heinricus Stöckhel*, et alii quam plures.

Actum apud *Sterzzingen* Anno Domini 1263. XIX. Kalendas Februarii.

Nro. CXXXVI.

Albertus Tyrolensis Comes, nobiles de Trautson investit de Theloneo suo Bozani.

(Ex Archivio nobiliss. Familiae Lib. Bar. de Völs.)

1213. 20. Julii. Bauzani.

Anno MCCXIII. Indictione I. XI ex eunte Julio apud *Bauzanum*, *in cimitherio ecclesie S. Marie Plebis Bauzani*, coram Dominis *Bertoldo Taranto*, *Conrado Trutesun*, *Henrico Brichsinario* — — — D. *Adalpretus Tirolensis Comes* jure feodi *investivit* D. *Liutoldum Trutesun* atque Dominum *Reinbertum* ac *Conradum hujus filium*, de *Theloneo* seu *muta ad partes Bauzani*, *tam in Burgo quam extra Burgum*, preter tres marcas argenti, de quibus ab ipso fuerat D. *Reimbertus de Velles* infeudatus. Ad hec, idem Comes eos investivit jure feodi de tribus Carradis vini, omni anno *apud Ecclesiam Sancte Affre, ad Cellarum Augustensis Episcopi* percipiendis, quas ipse Comes ab ipso Episcopo in feodum tenebat. Nunc item eos investivit *de advocatia trium mansorum* jacentium ad *Partes Bauzani*, quorum duo spectant ecclesiae de *Aichstedte*, tertius ecclesiae *Augustensi*, et jacent sub ecclesia *S. Petri*. Pro istis investituris *Comes Tyrolensis*, a predicto D. *Reimberto de Velles* accepit 500 libras veronensium dena-

riorum quae *dos* erant *uxoris ipsius D. Reimberti*, D. *Adelheidis filiae* praefati *Liutoldi Trutesun.*

Nro. CXXXVII.

Notitia donationis castri Summersberg ad ecclesiam brixinensem, contradente Tyrolensi Comite Alberto.

(Ex libro: Saalbuch ecclesiae Brixinensis.)

Circa 1214.

Hi sunt testes, qui interfuerunt ubi *Albertus Comes Tyrolensis*, per *Uxorem et Sororem*, presente etiam *Comite Maynhardo*, confirmavit donationem castri *Sumersberch* et omnium praediorum, quae circa illud Castrum, vel alias in episcopatu *Brixinensi*, infra *Brixinam* sita habuit, et unius filii *Ruodeberti de Summersberch*, et duorum filiorum *Alberti Zanth* in presenti; in futuro autem utriusque filios et filias omnes, si ipse sine legitimo herede decesserit. Dominus *Fredericus Tridentinus Episcopus*, *Comes Egno*, *Maynhardus*, *Otto de Welfesberc*, *Swikherus et Vto de Montalban*, *Ruodbertus de Malles*, *Nicolaus de Egna*, *Bertholdus et Engelmarus fratres de Tarrant*, *Hainricus Graland*, *Hildebrandus de Leonan*, *Reinbertus et Cuonradus de Grifenstaine*, *Gotschalcus de Winecke*, *Uodalricus de*

Gruonsberg, *Turingus et Otho de Formiano*, *Willehalmus* et filius ejus *Willehalmus de Velturnes*, *Burchardus de Seben*, *Arnoldus junior de Rodanch*, *Waltherus de Porta*, *Ruodbertus de Niwenburch*, *Henricus de Velturnes*, *Waltmannus de Clusa*, *Rudolfus de Severs*, *Albertus Zant.* Isti interfuerunt testes, quando *Uxor Tyrolensis Comitis* et *Soror ejus cum Voluntate Viri sui Comitis Maynhardi* confirmaverunt in dominum *Burchardum de Sebene*, recipientem vice et nomine ecclesiae S. Ingenuini et *brixinensis* Episcopatus, dationem allodii et ministerialium, quam idem Comes *Tyrolensis* confitebatur. Actum *Tirolis* feliciter.

Nro. CXXXVIII.

Privilegium caesareum Friderici II. ecclesiae Brixinensi de omnibus possessionibus suis indultum.

(Ex Archivio aulico Brixin.)

1236. Mense Aug. In castris apud Brixinam.

Fridericus D. G. Rom. *Imperator* semper *Augustus*, *Jerusalem et Siciliae* Rex. Per praesens scriptum notum facimus universis, quod *cum per terram dilecti Principis nostri venerabilis Brixinensis Eppiscopi transitum faceremus cum victorioso exercitu nostro in Italiam processuri*, et quam plurimum

clamores et quaerimoniae nostram audientiam propulsarent, quod multis damnis et oppressionibus subjacerent, nec justitiam gsqui poterant, nec habere: cum undique malefactores irruerent et lator justitiae non adeet. Canonici quoque et ministeriales *Brixinenses* ommissionem jurium ecclesiae allegarent. Nos dictum Episcopum ad praesentiam nostram vocavimus et requisivimus, quod *cum Dux ut et Justitiarius terrae* qualiter contingeret hic defectus et ipse malefactorum Instantiam ac debilitatem *corporis ac suae impotentiam senectutis* allegaret, praesentialiter coram nobis tam gsulente nobis sibi, ut inveniret viam gsilii, per quam pauperibus et divitibus parvis et magnis justitia servaretur, et fideles ecclesiae sub tot presuris et angustiis nostri perent, nec privaretur ecclesia bonis suis, deliberavit *cum principibus*, *qui praesentes* aderant etc. cum fratribus suis, Capitulo et ministerialibus ecclesiae *Brixinensis*, nec commodiorem potuit habere annad, eisdem Capitulo et minist. de communi gsilio et assensu suos informantibus voluntatem, quam quod Excellentiae nostrae similiter supplicavit, exposita in nostra presentia justa causa, quam Regalibus Ecclesiae cedant spontanea voluntate in manibus nostris una cum confratribus suis Capitulo et de assensu et Consilio ministerialium suorum resignavit omnia jura Regalia ejusdem ecclesiae tam in castris quam in civitatibus, villis, oppidis, ministerialibus, hominibus et aliis rationibus suis in nostra et Imperii

Custodia procuratione et affectione singula committens, ut ea custodiri ad indemnitatem ecclesiae faciemus, et efficaciter procurari, et ut a modo judiciorum nostrorum statuamus, qui authoritate nostra et Imperii justitiam omnibus fidelibus ecclesiae faciat et gsecret. *Castrum* quoque *Veldes* committimus *dilecto Principi nostro Duci Karynthiae* in vita Episcopi ad usus suos et ecclesiae gservandum. Nominatus vero Eppiscopus reservavit sibi sustentatione sua *redditum* ejusdem *Castri Veldensis et duo officia Anras* scilicet et *Lisahoven*, quae in vita sua ad usum et commoda sua tenebit. Veniet tum et morabitur sub protectione Imperiali in ecclesia et civitate sua jura spiritualia exercendo. Promisit insuper, quod si secundo de bonis vel aliqua de feudis Ecclesiae vacaverint, nullam alienationem vel collationem aliquam faciet sine gniventia et gssu Cpt. gfratrum suorum et ministerialium ecclesiae fidelium nostrorum, nec ipsorum bonorum, sive illorum, quae sibi in vita sua ad usus suos retinuit, nullam obligationem seu subtractionem faciet ullo modo Promisit etiam plena fide, quod aliqua pro ingenio sive dolo gtra praedictam resignationem et commissionem inveniet se vel submissam personam aliquid attemptando, imo praedicta omnia prout cessit et resignavit nobis et Imperio, sicut in authentico scripto inde gfecto, suo et Capituli sui sigillato sigillo plenium gtinetur, conservabit omnia illibata. Nos autem ad preces dilecti principis praedicti Episcopi,

nostrum et Ministerialium ecclesiae fidelium nostrorum imperiali favore praedicta omnia gplectentes presentis scripti robore communimq. Ad cujus rei memoriam praesens scriptum fieri et Sig. Mstis nostrae jussimus communiri. Hujus rei testes sunt: *C. Constantiensis Episcopus*, *C. S. Galli et Augensis Abbates*, *H. Landgravius Thuringiae*, *H. Marchio de Burgove*, *Fratres Landgravii de Luckenberge*, *H. Imperii Marescalcus*, *H. Praepositus majoris ecclesiae*, *H. Decanus*, *Comes Egeno de Epan*, *Albertus de Rodanc*, *Fratres de Lenkenberc*, et alii quam plures ministeriales *Brixinensis* Ecclesiae. Acta sunt haec apud *Brixinam* A. D. Inc. MCC trecesimo 6to Mense Augusti I. X. Indictione. Datum in Castris apud *Brixinam* Anno, Mense et Indictione praescriptis.

Nro. CXXXIX.

Concambium Ministerialium Episcopos inter Albertum tridentinum et Bertoldum Brixinensem.

(Ex Archivio aulico Brixinens.)

1220. Ind. VIII *Bozani in tentorio Imperiali* mense Septembri.

Omnibus in Christo renatis, renascendisque constat, quod venerabilis *Bertholdus Brixinensis* eccle-

siae *Episcopus*, *et Albertus*, *Presul tridentinus*, *in Praesentia D. Friderici Imperatoris*, ejus permissione et cum Voluntate Canonicorum et Ministerialium utriusque ecclesiae quoddam legitimum et suis ecclesiis utile fecerunt Concambium; tradidit enim et delegavit *Brixinensis* Episcopus quandam ministerialem ecclesiae, Filiam D. *Bertholdi suevi de Bozano*, uxorem D. *Vorhardi*, militis ecclesiae tridentine ad legitimum Jus ministerialium in ea habendum; e contra praefatus episcopus tridentinus quendam *Henricum*, filium *Alberti de Rischone*, militis, donavit ecclesiae *Brixinensi*, ut ipsa legitimo Jure ministerialium in eo utatur; hujus rei testes sunt: D. *Fridericus Plebanus de Geizes*, Canonicus *Brixinensis* ecclesiae D. *Bertholdus Plebanus de S. Laurentio*, D. *Henricus de Brutsches*, *Albertus Comes de Tyrol*, *Volricus*, *Comes de Eppan*, *Ulricus*, *Comes de Ultimis*, D. D. *Albero et Bertholdus*, *fratres de Wanga* — — — — etc.

Nro. CXL.

Egno Eppanensis Comes, *Brixinensis Antistes concambium init cum Volcmaro de Chemenata*, *annuente nepote suo Ulrico Comite de Ulten.*

(Ex Archivio Brixinensi.)

1240. 29. Sept. apud Andrian.

Egeno D. G. *Brixinensis* ecclesiae Electus, uni-

versis Christi fidelibus notum esse volumus, quod nos pro nostris, nostrae ecclesiae atque terrae necessitatibus et Honore nobili Viro *D. Volkmaro de Chemenate* unum *Dextrarium* et 100 Marcas Argenti per nos et ecclesiam nostram promisimus in octava resurrectionis domini proxima solvendas, quas si in termino predicto non solverimus, dilectus *nepos noster*, *Ulricus comes de ultimis advocatiam suam in Eztal* ad petitionem nostram sibi pro jam dicta pecunia obligavit tali conditione, quod predictus *Volchmarus* fide data et praestito juramento promisit a festo omnium sanctorum proximo nunc venturo ad tres annos, quandocunque ipsum pro nostris et ecclesiae nostrae necessitatibus duxerimus requirendum, quod nobis et ecclesiae, quanto melius poterit, bona fide et omni fraude remota, *contra comitem Tirolensem et omnes suos coadjutores* venire teneatur in subsidium et juvamen. Et ut haec omnia similiter per praefatum D. *Volchmarum* magis rata et firma permaneant, bona sua pro 100 Marcis Argenti nobis et nostrae ecclesiae obligavit. Insuper additum erat, si ante festum omnium sanctorum proximo venturo inter nos et comitem *Tirolensem* nec non Coadjutores suos compositio et concordia firmaretur, nos sepe facto *Volchmaro* tantum 50 marcas in supradicta octava resurrectionis primus daturi, ipse non minus adstrictus est, nobis et ecclesiae nostrae omnia bona fide servare usque ad 3 annos, prout superius est dictum. Ad cujus rei me-

moriam et stabilem firmitatem praesentem paginam conscribi, et Sigillorum nostri et comitis *Ulrici de Ultimis* Munimine jussimus roborari. Hujus rei testes sunt Domini: *Comes Ulricus de ultimis*, *Henricus de Niwenburch*, canonicus et custos ecclesiae *Brixinensis*, *Reimbertus Gerro*, *Wilhelmus de Aichach*, *Henricus de Eppan*. Actum Anno Domini 1240. penultima die Septembris. Ind. 13. apud *Andrian*.

Nro. CXLI.

Pactum magnum concordiae Albertum Tyrolensem inter, Egnonem Eppanensem, Brixinensem Electum, et Meraniae Ducem.

(Ex collectione Eggeriana.)

1241. 14. Febr. Brixinae.

In nomine Domini Amen. Notum sit universis tam praesentibus quam futuris, quod haec *forma Compositionis* facta est, *inter Dominum Egnonem* venerabilem *Brixinensem Electum* nec non inter *Dominum Albertum Comitem Tyrolensem*. Primo promiserunt Ministeriales inter se dividere scilicet illos, qui *de parte Comitis* acceperunt uxores in Episcopatu *Brixinensi*, è converso illos, qui de parte Episcopatus *Brixin.* acceperunt uxores de Ministeriali-

bus Domini *Comitis Tyrolensis*, ubicunque locorum sunt constituti, vel conjuncti, cum omni paterna et materna haereditate, et successione. Et neuter eorum debet inhibere, scilicet Dominus *Electus*, et Dominus *Comes Tyrolensis*, si Ministeriales unius contrahere voluerint cum aliquibus masculini et foeminini Sexus matrimonialiter cum Ministerialibus alterius. Ad haec laudaverunt, et promiserunt, quandocunque unus fuerit ab alio requisitus, de divisione aliquorum vel aliquarum Ministerialium, quod tunc infra spatium unius mensis proximi, secum dividere teneatur, *Dominus Wernherus de Schenkinberc* non est in *laudamento*, et in statuto isto, si vero Dominus *Comes petit Justitiam*, et rationem, a Domino *Egnone Electo* de ipso Domino *Wernhero S. Justitiam* debet de eo exhibere, et si Dominus *Electus* non fuerit, tamen statutum suprascriptum minime violabit. Neuter etiam ipsorum, de coetero assumere debet sibi, aut usurpare Ministeriales alterius, nec cum Voluntate sua. Praeterea *Dominus Electus debet infeudare Ducem Meraniae et Comitem Tyrolensem de feudis eorum indivisim, prout prius infeudati fuerunt*, cum omnibus suis pertinentiis, *excepta advocatia Brixinensi*, quam unus eorum tantum de Consensu alterius, et voluntate, debet habere in feudum tempore vitae suae, defuncto illo alter ipsi advocatiae succedit, jure haereditario, et dicti Domini scilicet *Dux Meraniae*, *et Comes*, non debent alienare ipsum feudum ab ecclesia calumnio-

se exceptis suis haeredibus, et non solum ab ipso *Electo* hoc debet inviolabiliter observari, sed et ab omnibus successoribus suis. Et idcirco Dominus *Comes* pro se, et *Domino Duce Meraniae* promisit dare et solvere septingentas marcas argenti, ad gratiam suam scilicet medietatem hinc ad proximum festum Purificationis *S. Mariae*, et aliam medietatem ejusdem pecuniae deinde ad annum: et illa gratia supradicta spectat ad *Comitem Hermannum de Ortenburc*. Item statutum est et firmiter promissum, quod *castra edificata ex utraque parte in prelio* destrui debent, hinc ad proximam Octavam *Paschae* Resurrectionis Domini, vel prius. Videlicet Castrum *Wernberti de Foreis*, et *castrum* in *Volnes*, quod dicitur *Vitröl*, *quod construxit Hugo de Velturnes et fratres de Tyse*, et *castrum Domini Hainrici de Guvedune*, *quod dicitur Ursenberc*, *deinde castrum in monte S. Anastasiae*, quod aedificavit *Dominus Ulricus de Resene*, et *castrum in Wibtal*, quod dicitur *Sprechendenstain*, *et spelunca in sylva ex ista parte Matarey*: et castra praenominata destructa amplius reaedificari non debent. Et quod dictum castrum *in monte S. Anastasiae* remanebit indestructum, tam diu *Sprechendensteine Dominus Comes* destruere non tenetur: sed districto castro Domini *Ulrici de Rasenne*, *Comes* castrum illud in *Sprechendenstaine* statim destruere tenetur. Et si quis eorum ministerialium castra praedicta non vellet destruere, vel violenter detinere, contra voluntatem Dominorum *Elec-*

ti vel Comitis, unus alteri assistere debet bona fide, et modis omnibus alium ad juvare. *De Clusa apud Nuwenburc* sic ordinatum est, quod non debet destrui, nisi prius unio sive concordia facta fuerit inter Dominos *Electum Brixinensem*, et *Comitem Meinhardum Goritiae*, facta vero unione et concordia inter ipsos, jam dictam Clusam Dominus *Electus* statim destruere debet, item hic ordinatum est: Dominus *Electus* accepit de parte *Comitis Tyrol* Dominum *Conradum Trautsum*, et Dominum *Rudolphum de Raesene.* Et Dominus *Comes* accepit de parte Domini *Electi* Dominum *Wernherum de Schenkinberc*, et Dominum *Wilhelmum de Aicha.* Constituentes eos judices super omni quaerimonia, quae possit inter eos oriri vel suscitari, et quandocunque aliqua quaerimonia eis porrecta fuerit, vel praesentata ab *Electo*, vel *Comite*, ipsi infra 14. Dies secundum jus, vel per amicabilem compositionem determinare teneantur, et si infra terminum praescriptum non determinarent, secundum praestitum sacramentum et fidem datam in manus majoris *Henrici Praepositi Brixinensis*, tunc tenentur se praesentare in Civitatem *Brixin.* in defensione et Conductu Dominorum *Electi et Comitis*, et inde nunquam recessuri sub sacramento jam dicto, donec quaerimoniam, vel quaerimonias secundum jus seu concordiam inter eos determinent. Et si pro aliqua sententia discordes inter se fuerint, utraque pars suam sententiam transscribet Domino *Berchtoldo Comiti de Greifespach*,

et secundum quod ipse Dominus *Comes* sententiaverit, illud obtineat firmitatem, est statim transmissa sententia dicto *Comiti*, tunc recedat, et absoluti de eadem querimonia reputantur tunc temporis, etsi Dominus *Electus*, aut Dominus *Comes* neglexerit terminum, quam ipsi judices inter se statuerunt sententiam, sive sententias, dicto *Berchtoldo Comiti* destinare, idem penitus manet in jure suo. Insuper dictum est de consensu utriusque partis, quod omnia damna hinc inde in praelio illata penitus sint remissa, et deleta, exceptis his, quae in *Treugis* sunt perpetrata. Adjectum est etiam, ut quandocunque uni vel duobus supradictorum judicum aliqua querimonia porrecta fuerit, ipsi alios duos judices ad terminandam eandem querimoniam tenentur convocare. Et ut supra dicta omnia per saepe dictum *Comitem Tyrolensem* inviolabiliter observentur, Domino *Electo Brixinensi* et suis successoribus, et ecclesiae *Brixinensi*, *Dominus Comes Tyrolensis pro se*, *et Duce Meraniae* obligavit ad pignus ipsi Domino Electo pro mille Marcis argenti, *Curiam suam sitam in Wiptal ln loco de Zeves*, cum omnibus suis pertinentiis ad Curiam eandem, et omnes *proprietates sive feuda*, *sita in Valle Pustrissa*, scilicet apud *Lunnes*, *Amblach et Mantan*. Et in super *Comiciam apud Laianum*, sicut habuit eam Dominus *Wilhelmus de Aicha* in pignore a saepe dicto *Comite Tyrol*, et quidquid ei deficeret, vel deperiret in praedictis bonis reliquum habebit super omnibus suis bo-

nis tam proprietatibus quam feudis, in quocunque loco jacentibus, sive sitis. Ad majorem autem firmitatem, et certitudinem Dominus *Comes Tyrolensis* fide data, et sacramento confirmata, super praedictis omnibus inviolabiliter observandis, Ministeriales sui subnotati corporaliter juraverunt: scilicet Dominus *Otto Welfus*, *Berchtoldus Tarandus*, *Wolschalcus de Bozano*, *Wilhelmus Tarandus*, *Conradus Trautson*, *Hainricus de Guvedune*, *Randoldus de Nova Domo.* E converso *Dominus Electus pro se et ecclesia Brixinensi*, pro mille Argenti Marcis obligavit ad pignus ipsi Domino *Comiti Tyrolensi*, et pro Duce *Meraniae* recipiente, ut supra dicta firma teneat et rata, bona ecclesiae sive proprietates: scilicet *a ponte*, *qui dicitur Holzebruche*, usque ad *Zacum in sylva*, *ex ista parte Matray*, excepto *Phizze*, et *Thelonio apud stangam.* Et quicquid ei deficeret, vel deperiret in praedictis bonis, reliquum habebit super omnibus bonis ecclesiae *Brixin.* Ut ista in violabiliter observentur, Dominus *Egeno venerabilis Brixinensis Electus*, fide data laudavit, et Ministeriales sui corporali sacramento, confirmaverunt, scilicet Domini *Arnoldus de Rodanc*, *Reinbertus Gerro*, *Heinricus et Wilhelmus fratres de Aichach*, *Wernherus de Schenkinberc*, *Nicolaus de Castelrutho*, *Eberhardus Gerro*, *Arnoldus et Hugo fratres de Velturno*, *Hainricus Brixinensis.* Praescripta omnia tam per successores Domini *Electi*, quam per heredes indifferenter *Ducis Meraniae et Comi-*

tis Tyrolensis, omni remota fraude et dolo firmiter observari debent in perpetuum.

Acta sunt haec *in Brixina*, *in Capella Sancti Hartmanni* cum consensu et voluntate Capituli et Ministerialium Anno incarnationis Domini Millesimo ducentesimo quadragesimo primo Indictione XIV. Die Mercurii XII. Kalendas Aprilis.

Nro. CXLII.

Instrumentum pacis Egnonem inter et Meinhardum Goeritiae Comitem.

(Ex archiv. Brixin.)

1241. 30. April. Apud Patriarchesdorf.

In Nomine Domini Amen. Haec est *forma compositionis* et compromissionis inter Dominos *Egnonem Brixinensem Electum et Meinhardum Comitem Goeritie* super his, quae inter ipsos agitabantur. Primo quod ad laudem Dei — — bono pacis praesentibus et *mediantibus Dominis Berchtoldo Aquilegensis Ecclesiae Patriarcha*, *Volrico Tergestino Episcopo et Alberto Comite de Tiroles*, *Dominus Meinhardus comes Goericie castrum Veldes* cum ejusdem possessionibus et jurisdictiontbus universis *excepto jure Advocatio* ibidem dicto Domino *Egnoni* electo et *Brixi-*

nensi aulae, absolute et libere resignavit et fide data Domino Patriarchae Aquilegensi assignare promisit, disponens cum Domino *Marquardo de Ritters-perch et Cunrado filio suo*, ut ipsum castrum dicto Domino electo absolute praebeant et assignent, qui hoc facere se obligaverunt sacramento praestito. Dominus vero *Egno Brixinensis Electus* e gverso promisit, *clusam erectam juxta Niwenburch* removere. Tale pactum ad invicem statuentes: quod nullo ipsorum ne aliquos aliqua auctoritate ipsorum eandem Clusam in alterius praejudicium seu gravamen abhinc in antea errigere attemptabit. Ad quae habenda rata et firma per se ipsos et successorum suorum Domini *Arnoldus de Rodanch*, *Wernerus de Schenchenberg*, *Albertus de Voitsperg*, et *Wilhalmus de Aycha*, *ministeriales ecclesiae Brixinensis* pro parte dicti Electi, *Volricus de Reifenberch*, *Hainricus vice Dominus de Valchenstain*, *Hainricus Burgravius de Luenze et Volkerus de Flachsperg*, *ministeriales dicti Comitis* pro parte ipsius juraverunt. Ad majorem tum Certitudinem et cautelam super hisdem adimplendis et observandis saepe dictus Dominus *Brixinensis* electus se et suos successores, si praedicta infringerent dicto Domino Comiti et suis haeredibus omnes Possessiones *Brixinensis* Ecclesiae et coeteras res mobiles et immobiles in *Tyliach* constitutas, pro CC. Marcis argenti obligavit. Insuper Dominus Comes praefatus super eisdem parte sua et haeredum suorum firmiter observandis omnes possesiones

suas et alias res mobiles et immobiles. quas possidet *in villa Nachen* et circa villam eandem e gverso pro *CC. Marcis* obligavit dicto Electo et ecclesiae *Brixinensi*. Praeterea dicti Domini Electus videlict *Brixinensis* et *comes Goeritiae*, qui forsitan singulis intereen. poent. psntm, de comuni voluntate ad audiendas et decidendas lites et caas. super possessionibus novalibus de novo extirpatis vel antiquis temporibus recupātis illicite, eligerunt et gstituerunt Dominos *Reinbertum Gerronem* et *Hainricum de Aycha*, ministeriales ecclesiae *Brixinensis* pro parte Domini Electi praefati, *Hainricum Vicedominum de Valchenstain*, *et Volkgerum de Flachsperch*, ministeriales Comitis pro parte ipsius elegerunt et restituerunt judices speciales, ita quod omnia supradicta auctoritate ipsorum Dominorum, Electi videlicet et comitis a proxime die Pentecostes ad 3 annos audire et terminare fideliter teneantur, quae facere pro posse suo sacramento se obligarunt, hoc addicto, quod si supradicta ipse terminare non possent, id Domino *Hermanno Comiti de Ortenburch*, cui dicti Domini Electus et Comes *tanquam superiori judici* super eisdem vices suas comiserunt, revelare debeant sine mora. Hujus justitiam se ratam et firmam sub poena CC. Marcarum habere promiserunt. Ad ultimum vero dictus Dominus comes de omni pecunia et quaestione seu actione, de quibus contra *Brixinensem* ecclesiam se jus habere aliquid videbatur, dicto Domino Electo et ecclesiae *Brixinensi* ipse et suos haeredes refutationem perpetuam fecit

et irrevocabilem finem. Ut autem his fides adhibeatur, praesentem paginam dicti Domini Electus videlicet atque comes in testimonium scribi jusserunt et sigillorum scilicet Domini Patriarchae, Domini Electi, Domini *Alberti Comitis Tyrolensis et Meinhardi Comitis Goericiae* munimine roborari. Acta sunt haec apud *S. Patriarchesdorf* in ecclesia. Anno Domini Incarnationis MCCXLI. Indictione XIV. exeunte Aprili ultima die.

Nro. CXLIII.

Ulricus Comes de Ulten confirmat Donationes Vassi sui Volcmari de Kemnat ad asceterium Wiltinense.

(Ex Archivio Wiltinensi.)

1241. Mense Julio. *In castro Kemnat.*

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Amen. *Ulricus dei gratia Comes de ultimis* universis ecclesiarum rectoribus, atque aliis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum ad aeternae remunerationis praemium religiosorum loca pia protectione sint tuenda, ne minus Collatione praedictorum fidelium illic Deo militantium inopia sit tollenda, hos divina institutione tacti attendentes, cumque aufert spiritum principum,

pro remedio animae nostrae, parentumque nostrorum concedimus, ut quicquid *Volmarus de Chemenata*, seu coeteri ministeriales nostri de propriis ipsorum possessionibus, nec non Vasalli nostri de praediis ad *Capitaneum locum nostrum Rumesperg* pertinentibus *Wiltinensi* Ecclesiae, et fratribus ibidem Deo servientibus quocunque modo contulerint, libere facere possint, et absque consensus nostri requisitione. Volumus etiam, ut earundem possessionum Collatores sint omni angaria, vel qualicunque exactione defensores. Acta sunt haec in Castro *Chemenata* Anno Domini MCCXLI. Mense Julio XIV. Indictione. Testes sunt hi, *Bertoldus Praepositus in Staingaden*, *Volmarus de Chemenata*, *Gebhardus de Starkenberg*, *Hainricus Riadar*, *Hainricus de Tuningo*, *Berchtoldus Crapfe*, *Rudolphus de Engelthal*, *Hainricus de Schwarzenberg*, *Eberhardus de Wenglingen*, *Chunradus Grillo*, et *Rudolphus* frater suus, et alii quam plures, et ut presens scriptum inconvulsum permaneat, sigilli nostri impressione firmavimus.

Nro. CXLIV.

Egno Episcopus Brixinensis transigit cum Henrico Abbate Wiltinensi, de operariis Salinarum in Thauer, ab officiis sacris diebus peragendis ob laboris necessitatem absolvendis.

1244. In die S. Zenonis. Actum Brixinae.

In nomine Sanctae Trinitatis. Amen. *Egno* Dei gratia *Brixinensis* Ecclesiae *Electus* et *Confirmatus* notum facimus tenore presentium universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod veridica relatione ac multorum cognovimus testimonio, *Operarios Saline in Tavver* a), propter nimiam operis sui instantiam, diebus *festis* et *profestis* et *celebribus* nullam exhibere reverentiam: super quo habito consilio canonicorum nostrorum *Brixinensium* dilecto in Christo *fratri H.* Preposito *Wiltinensi*, suisque successoribus et ipsius ecclesiae fratribus, predictis canonicis consentientibus, hanc gratiam contulimus in perpetuum, ut ad observantiam et reverentiam solemnium dierum, authoritate nostra *suffulti*, *jam dictos Operarios per censuram ecclesiasticam compellant, vel pro sui absolutione cum ipsis quocumque modo ne impuniti permaneant, componant.* Omnium successorum nostrorum reverentiam exhortantes, ut quod pio Zelo fecimus, ob salutem animarum suarum, firmam teneant et ratum, et ne *Plebanus* vel

Vicarius *in Tauure* vel alius quispiam nostram jurisdictionem et indulgentiam, in prejudicium fratrum predictorum attentare presumat, authoritate presentium et Successorum nostrorum contumaciam et presumptionem reprimere intendimus; omnes tam clericos quam laicos hujus nostre donationis et institutionis contradictores vinculo excommunicationis innodantes. Hujus rei testes sunt: *Chuonradus summus prepositus*, *Heinricus Decanus*, *Berchtoldus de Eznich*, Archidiaconus, *Berchtoldus* custos, *Conradus Schaf*, *Albertus de Aichach*, canonici *Brixinenses*, *Conradus Plebanus de Cholsace*, capellanus noster, *Michael* scholaris, *Ulricus* scriba noster et alii complures Clerici, *Wilhelmus de Aichach*, *Henricus de Aichach*, *Merbotho*, *Fridericus Lithus*, milites, *Albertus Massarius* et alii quam plures. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, prefatam paginam ad majorem cautelam conscribi fecimus et sigillis tam nostris, quam Capituli *Brixinensis* communiri. Acta Anno Domini MCCXLIV. Ind. II. in die sancti *Zenonis*, in capella sanctae Mariae superiore.

a) Egregie probat insigne hoc diploma, fabulam esse narratiunculam illam, *Salinas in Tauer*, sub ducibus *Othone*, *Ludovico*, *Henrico*, *Halam ad Oenum* transpositas, sub *Mainhardo* duce demum, 1275. a *Nicolao de Rohrbach* in venatione cervorum esse detectas. Multo antiquiores easdem su-

spicabantur *Meichelbek*, celeberque *Reschius*, quorum posterior chartas plures produxit saeculi X. et XI. iisdem inibi apparentibus: non raro etiam *Salinas Halae ad Oenum* cum *Salinis Halae*, nobis Hallein, *Halaeque Bavaricae* sive Reichenhall confundens.

Nro. CXLV.

Ulricus Comes de Ultimis, Fridericus et Beraldus Germani de Wanga, Ecelino de Romano, celebri Italiae Tyranno participant, nobiles de Arco rebelles, Caesari se subjecisse.

(Ex Archivio comitum de Arco.)

Circa 1244.

Strenuo ac potenti militi Domino *Ecelino de Romano* quam plurimum honorando *Olricus Comes de Ultimis*, *Fridericus et Baldus fratres de Wanga* salutem et totius felicitatis et glorie monumentum. Cum pre omnibus aliis vos penes Cesaream majestatem cognoscamus locum et Principatum penitus obtinere ad infrascriptam dominationem pro imperialibus servitiis exercendis recurrimus confidenter: dicimus quod *cum Domini de Arcu cum eorum sequacibus. — — — Imperii et Episcopatus Tridenti aperte extiterint parere, et rebelles* ad gratiam et

mandata domini nostri serenissimi Imperatoris, potestatis, et Comitis sub certa forma et pacto velint regredi in presentia magnitudinis vestre dictam formam et pactum volumus presentibus declarare. Quia jurare volunt tactis Evangeliis facto sanctis stare, et perpetuo permanere fideles et legales domino Imperatori, Imperio, Potestati, Comiti, et Episcopatui *Tridenti*, prestantes et exhibentes bonos et idoneos fidejussores attendere omni tempore et habere, dando *Castrum Arci domino potestati, et Comiti Tridenti* per dominum Imperatorem, et assignando illud in eorum fortia et Virtute. Talimodo et pacto, quod dictus dominus potestas, et Comite *Tridenti* debeant et teneantur reddere, et restituere dictum Castrum ipsis dominis de *Arcu*, quandocunque *homines de Brixia* venerint vel fuerint ad gentem domini Imperatoris per vim vel concordiam, et quod Castrum custodiatur interim secundum voluntatem domini potestatis *Tridenti*, dum tamen non custodiatur per *Arcenses* et ex modo et pacto, quod illi Custodes, qui castrum custodierint supradictum, teneantur jurare salvare res, et bona dominorum dictorum de *Arcu*, et illa salva facere bona fide sine fraude, et quod ipsis dominis de *Arcu* fieri debeat finis, et reacissio de Commissis. Item quod domini de *Arcu* debeant in omni onere et possessione vel quasi possessione restitui, in quam erant et habebant, ac visi erant esse et habere in hominibus eorum tam maginatis, quam liberis, quam etiam

et Vasallis secundum quod erant ab annis hinc retro, et secundum quod continetur in quodam privilegio roborato communito Cesarae Majestatis. Item quod dominus potestas et Comite Tridenti *Castra Zeullo et Drene* habere et tenere debeant per Dominum Imperatorem ad voluntatem ipsius Domini Imperatoris. Item quod de dampnis datis a tempore werre acte in *Burgo Arci* inter Dominum *Riprandum de Arcu*, *Jacobum Mitisocum et fratres* et eorum fautores et coadjutores ex parte una, nec non *filios quod Domini Friderici de Arcu*, et eorum fautores et coadjutores ex parte altera, pro parte debeant tunc vere amici qui cognoscant, et inter eos finiant de dampnis datis de pace et concordia faciendo cum consilio et voluntate potestatis Tridenti. Item quod homines *Forenses de Ripa*, qui pro parte dominorum de *Arcu* cum ipsis extiterunt ad werram faciendam, debeant restitui in omnibus eorum tenutis, possessionibus atque bonis secundum quod erant hactenus ante werram. Item quod *Castrum Belestrum* dari debeat domino *Riprando de Arcu* ad dejiciendum, quare nobilitatem et magnitudinem vestram instanter et humiliter deprecamur, quatenus super his vestras dignemini interponere partes. Significantes nobis quid super hoc vestre placeat voluntati, firmiter cognoscentes quod desideramus, desiderio valde magno ut *fideles Imperii*, et domini nostri Imperatoris per Episcopatum *Tridenti* constituti in amenitate pacis consistant et requie gaudeant opulenta.

Nro. CXLVI.

Mainhardus Goeritiae Comes promittit, se Advocatiam bonorum Capituli Brixinensis nunquam deinceps subinfeudaturum esse.

(Ex Apographo Reschii.)

1249. 23. Junii. In capella sororum in Lienz.

Nos *Meinhardus D. G. Comes Goerizie et Advocatus Aquilegiensis ecclesiae* notum facimus universis Christi fidelibus, quod *Advocatiam in Possessionibus Canonicorum Brixinensium in Villa Panzendorf* et alias sitis, *quam Nicolaus de Niwenburch asserebat, se titulo feudi a nobis habere*, in quibus bonis dictos Canonicos ad 200 Marcas *Veronenses* damnificavit, ad petitionem eorundem canonicorum ab ipso *Nicolao* pro 32 Marcis redemimus, laudantes et firmiter promittentes, eandem advocatiam sub forma antiqui Census a modo tenere, nec ulterius illis Advocatia in aliquibus injuriari, vel homines eorum aliquo modo molestari. Praeter ea laudavimus, quod nos et posteri nostri praedictam Advocatiam alicui conferre, vendere vel quoquo modo alienare nunquam vellemus. Additum fuit etiam, quod, si *filii D. Wernheri de Niwenburch, Henricus, Hugo, Wernherus* et alii, Canonicos praedictos et homines eorum in advocatia, quam a nobis possident, unquam ul-

tra debitum Juris Advocatiae molestaverint, vel quicquam acceperint, eadem dictis Canonicis in integrum restaurare tenemur, quousque dictam advocatiam ab ipsis redimamus, et si hec omnia predicta rata et firma non habuerimus, juri nostro in dictam Advocatiam cedere teneamur, et ipsis Canonicis in super in 900 Marcis simus obligati. Ut autem major fides huic facto adhibeatur, presentem paginam conscribi fecimus, et sigillis tam *nostro*, quam *domini nostri*, *Episcopi Brixinensis*, *et Comitis Tyrolensis* communiri. Actum Anno Domini 1249 Die Lune proxima ante festum *S. Johannis Battiste in Capella Sororum apud Lunzen.* Hujus rei testes sunt *DD. Heinricus Decanus*, *Albertus de Aichach*, *Wilhelmus de Rodanch*, *Canonici Brixinenses*, *Fridericus et Beralus fratres de Wanga*, *Arnoldus de Rodanch*, *Wilhelmus de Aichach*, *Eberhardus de Sabiona*, *Henricus de Anras*, *Bertholdus et Otto de Niwenburch*, *Henricus et Otto de Welsperg*, *Henricus Burgravius de Luonzen*, *Volkerus de Flaschperch*, et alii quam plures.

Nro. CLXVII.

Georgius atque Fridericus pueri, Comites de Eppiano haereditatis portioni, ab Ulrico Comite de Ulten delatae renunciant.

(Ex collect. Eggeriana.)

1248. 14. Maji. In Hospitali S. Marie Sterzingae.

Die Jovis quarto decimo intrante Madio, *in domo Hospitali S. Mariae Sterzinge*, in presentia Dominorum *Ulrici nobilis de Tuvers*, et *D. Arnoldi de Rodnich*, *Heberhardi de Sabiona*, *Henrici et Wilhelmi fratrum de Aichach*, *Ulrici de Resne*, *Henrici dicti Mulrappi de Castelrupto*, *Merbotonis Diaconi*, *et Henrici de Marit.* Ibique *Domini Comites de Epiano Georius et Fridericus fratres*, *filiique Domini Comitis Ulrici de Epiano* miserunt et juraverunt ad Sancta Dei Evangelia resignare et dare Domino Episcopo *Egnoni Brixinae*, *Castrum Chunisperch* cum omnibus pertinentibus *et Castrum Fatz* cum omnibus pertinentibus, quod est in Anapla, quae in animam et fidem eorum dimisit quandocumque praedictus Dominus Episcopus *Egno* voluerit vel petierit, sine aliqua mora assignare praedicta Castra cum omnibus pertinentibus, et si praedicti *Comites de Epiano* non designaverint vel violaverint fidem eorum, ipsi praedicti *Comites de Piano* sunt perjuri,

et omnia bona eorum mobilia et immobilia, et allodia sive feuda, quatenus habent ab *Episcopatu Brixinensi*, *et Tridentino* solute et libere cedunt Domino Episcopo *Egnoni*, es Domini *Comites de Epiano* renunciant omnia sua jura, quatenus expectant de haereditate et allodiorum et feudorum Domini *Comitis Ulrici de Ultimis*, similiter milites *Comitum de Piano* ratum et firmum tenerent Sacramentum eorum, similiter et Dominus *Ulricus de Ultimis Comes* promisit et laudavit in manu Domini Episcopi *Egnonis* loco Sacramenti, *Comites Georius et Fridericus de Piano* violaverint Sacramenta eorum, quod non redderent Domino Episcopo *Egnoni* saepe dicta *Castra Chunisperch et Fatz* cum omnibus pertinentiis etc.

Acta sunt haec Anno Domini 1248. Ind. VI. secunda Idus Maii.

Nro. CXLVIII.

Infeudatio Decimae piscium, et aliorum jurium ab Episcopatu Tridentino pro hominibus de Ripa.

1274. 26. Febr. Actum Ripae.

Anno Domini MCCLXXIV. Indictione III. Die Sabbathi. XXVI exeunte Februario *in Burgo Ripae* juxta Æcclesiam plebis, presentibus Domino *Basili-*

co presbytero, *Branconello* ejus fratre, *Zachaeo* Notario et aliis testibus. Ibique praesens *Benedictus de Ripa* ut Notarius Syndicus et pretor hominum Communitatis *Ripe*, pro ipsis hominibus et communitate fecit scribi, et in publicam formam reduci feudum, quod tenebat et tenet ab Episcopatu *Tridentino* et ab ipso Episcopo *Tridenti:* In primis confitetur *Paſſaticum Ponalis et Paſſaticum Turbularum et medietatem Paſſionatici*, videlicet medietas illorum et medietas Domini Episcopi et medietatem *decimae* piscium *Lacus Gardae*, alia medietas est domini Episcopi: *Pesam ponderationis ad pesandum in Burgo Ripae et — — Mercatum Bauzani*, *quod est duabus Vicibus in anno*, *ad Sanctum Geneſium et ad mediam Quadrageſimam. Item quod nullus sit ausus ipsum Mercatum rumpere ante diebus octo ante*, *vel octo poſt*, *sine ipsorum hominum de Ripa: et quod aliquis ipsorum de Ripa in ipsis mercatis non debet solvere aliquod Bannum quod si solverit cum una manu*, *cum alia ipsum pignus retro accipiat*, *et extra mercatum non teneatur solvere solummodo quinque solidos circa feſtum sancti Sisinii. Ita quod nullus sit ausus vendere Panem neque Vinum*, *nisi homines de Ripa modum et mensuram ponant in praedictis*, et quod aliquis *Beccarius non sit ausus occidere Carnes*, *vel vendere nisi ipsi homines de Ripa*, *vel cui consueverint.*

Similiter in mercato *Buschi in valle solis* non

sit ausus aliquis vendere panem vel vinum, nisi modus ponatur in his per homines de *Ripa*, et nullus *Beccarius* faciet seu occidet carnes, nisi ipsi homines de *Ripa* vel ipsorum nuntius, ita quod per homines de *Ripa* a *Gravinuza in Zu* habeant stationaticum. Ita quod ipsi possint et facere debeant stationes ab illo Dominio *in Zu* et recipere pretium ipsius stationatici. Iten *si* Dominus *Episcopus*, vel *qui regerit Civitatem et Episcopatum Tridenti* velit, *ipsi homines de Ripa tenentur* et debent *suis propriis expensis* in servitio Domini Episcopi *cum suis armis ire usque ad Roveram de Nacu, et usque ad Lavinum de Dreno, et usque ad Lavinum de Pranz, et usque ad Ponalum: Et si* ipse Dominus *Episcopus vel qui regeret Civitatem ulterius vellet eos conducere, idem* Dominus Episcopus vel qui regeret civitatem *eis providere debeat in expensis et eis facere expensas*, donec steterint usque ad revisionem dictorum *Confinium* vel terminorum.

Et de omnibus bannis quae exigerent vel ceciderint *occasione dictorum* facturarum *postarum*, *medietas esse debeat Domini Episcopi vel sui Gastaldionis*, qui pro se fuerit, et *alia medietas ipsorum hominum de Ripa:* quae omnia dixit per suum Sacramentum, ita esse eorum *rectum et antiquum feudum ab Episcopatu* et Episcopis *Tridenti:* et si plus invenerit, addet bona fide, sine fraude, dum primo recordatus fuerit. Ego *Arnoldus* Notarius Domini

R. Roman. Imp interfui et rogatus scripsi et subscripsi.

Nro. CXLIX.

Notitia traditionis Friderici de Algunde, ad Monasterium Wiltinense, de agro in Algund, Henrico Tyrolensi Comiti feodali, ab Alberto dein ejus filio, ejusdemque tutoribus Ulrico Comite de Eppan, Alberones de Wangen, Henrico Suppan confirmatae.

(Ex archivio Wiltinensi.)

1178. et 1204.

Generalitas Christiana cognoscat praesens et futura, quod Dominus *Fridericus* bonae memoriae de *Reiffenstain* agrum quendam in *Algunde* situm, quem *beneficiali jure a Comite Tyrolensi* detinebat, licentia et consilio, permissioneque ejusdem *Comitis Hainrici*, et *suorum Ministerialium*, amicorum et Vasallorum alio agro de suis praediis Commutavit, et *manu* praefati *Comitis* eundem agrum pro remedio animae suae, et omnium parentum suorum sub venerabili praeposito *Hainrico Wiltinensis Coenobii*, *fratribus et consororibus*, *et conversis*, et nominatim *Sancto Laurentio* ibidem, et omnibus, qui die noctuque Domino serviunt, perpetualiter tradi-

dit, quod factum, ut eo melius ratum, et firmum et sine contradictione omnium hominum haberetur, secundario sub *Comite Adalberto filio praedicti Comitis Hainrici*, et sub *Venerabili praeposito Dietherico*, et in Praesentia *Comitis Udalrici*, Domini *Alberonis de Wangen*, *Hainrici Suppan* et aliorum, *per quos omnia negotia Comitis regebantur*, est confirmatum, ita tamen ut idem *Comes* sit particeps in orationibus fratrum, et sororum, eandemque donationem idem *Comes Tyrolensis Adalbertus Parentis sui*, *et Anceſſoris Comitis Hainrici* et in Sigillo sui signi impresso et testibus subter notatis consolidavit, ita ut nullus Saecularium vel Spiritualium personarum eos in eodem praedio, quod modo vinea, et plantum dicitur, infestare vel inquietare praesumat, et si quis in contradictionem adire voluerit, iram Dei, et bannum *Santi Petri Romae*, et Domini apostolici, et *Episcopi Curiensis et Brixinensis*, et *Sancti Laurentii*, et omnium Sanctorum incurrat, et insuper haec omnia uncias auri triginta *Comiti de Tyrolis*, et Advocatis de *Leünan Hainrico et Hiltebrando* (quibus eadem advocatia *Wiltinensis* monasterii rite et legitimo modo commissa est) persolvat: Et hujus rei testes sunt, *Comes Udalricus de Eppano*, *Dominus Albero de Wangen*, *Ministeriales Comitis Hainrici de Tirolis*, *Hainricus Suppan*, *Chunradus Trutsun*, *Conradus Pincerna*, et frater ejus *Eberhardus*, *Uualigrinus*. *Berchtoldus Tarant*, et frater ejus *Engelmarus*, *Hainricus Gralant*, *Marquardus de*

Mago, *Rudolphus de Maringen*, *Rudolphus de Madalle*, *illi de Weitental*, *Duringus*, *Albertus*, *Hainricus de Lewnan*, *Hainricus de Hildebrandus de Felturns*, *Sunikherus de Reichenberg*, *Hainricus de Vellenberg*, *Eppo Marschalcus*, *Dominus Minicho Plebanus de Algundes*, *Arnoldus Plebanus apud S. Petrum*, *Udalricus et Chuno*, *et Chunradus et Berchtoldus de Platte*, *et Gerungus Gerunicus de Muntalban*, *Swickerus et Otto Vuelfinberg*, *et Ego Arnoldus Capellanus Scriba et Notarius Comitis de Tyrol* interfui et haec scripsi.

Nro. CL.

Concambium Brunonis Brixinensis episcopi cum Henrico novacellensi Praeposito, de bonis Monasterii circa Oberhofen et arcem S. Petersberg in superiore valle Oeni, tradente e contrario Brunone, parochiam Völs.

(Ex autographo novacellensi.)

1257. 12. Febr. in Choro Brixinae.

Bruno Episcopus Brixinensis, (affirmat —) quod *Castrum S. Petri in Valle Oeni per donationem Ulrici*, *Comitis de Ultimis* ad ecclesiae *Brixinensis* proprietatem devolutum sit, hinc attendens, quod ex memorato *Castro et Frequentia Mansionis* sue ibi-

dem majoris ecclesiae sue Honoris et proventuum possit cumulus provenire, *maxime, cum in terminis Vallis Eni munitiones et oppida quam plura cum suis Pertinentiis, licet infeudata, ad suam ecclesiam jure proprietatis possint devolvi, si possessores eorum sine litteris contigerit de hoc saeculo emigrare, cogitavit possessiones et* redditus justa Adeptione pro suis necessitatibus et castri ejusdem conservatione *pro viribus ampliare;* verum, quia hujusmodi praepositum suum sine Aminiculo Dominus *Novacellensis* producere nequit ad Effectum, prepositum et fratres ibidem una cum D. *Heinrico, Decano Brixinensi*, ac Ministerialibus suis potioribus et primis, cum magna instantia precum cepit sollicitare, ut possessiones suas in *Obernhoven* cum suis Attinentiis, Castro, contiguas commutarent, quam petitionem tanquam filii obedientes et devoti, produxerunt ad effectum; ut autem eorum ecclesiae proventus indempnes permaneant, eidem providit de ecclesia *in Velles* cum suis pertinentiis, et successores proin suos hortatus in Domino Jesu Christo, quatenus donationem hanc inviolabilem habeant, alioquin possessiones supradicte iterum ad eorum ecclesiam redeant, vel equipollentes eidem resignentur, curaturus ipsemet Episcopus, ut donationem hanc summus pontifex confirmet; acta sunt hec in choro *Brixinensis* ecclesiae Anno 1257. Ind. 15. 5 Cal. Martii, testes: DD. *Albertus summus Praepositus, Hartmannus Hospitalarius Brixinensis, Tagno Hospitalarius de Clusa,*

Chunradus et Merboto, Sacerdotes et Capellani D. Episcopi *Brixinensis*, *Golscalcus* et *Marquardus* Scriptores D. Episcopi, *Ulricus de Tysenes*, Diaconus, *Eberhardus* Comes de *Kyrichberch*, *Albertus de Voitsperch*, *Wilhelmus de Aicha*, *Bertholdus Chrello*, *Ulricus de Rasen*, *Fridericus de Rodancho*, *Ortolfus Cherarius*, ministeriales Ecclesiae *Brixinensis etc.*

Nro. CLI.

Forma Judicii, a Meinhardo Carinthiae Duce, Tyroleos Comite, per delegatum Bozani habiti.

(Ex collectione Eggeriana.)

4. Maii. 1293. Bozani.

Anno Domini 1293. indictione sexta die Lunae, quarto intrante Majo *Bozani ante novum hospitale S. Spiritus ubi regitur Judicium.* In praesentia honestorum et discretorum virorum Dominorum *Albrechti*, *Altomi*, *Dietonis*, *Cungeli*, *Wilielmi*, *Haringi* omnium de *Castro Firmiano*, *Arnoldi et Reinprechti de Vuineckh*, *Henrici de Goldeck*, *Nicolaj de Meringa*, *Friderici de Treuenstain*, *Gerhardi Latini de Boziano*, *Henrici Lengenstainer*, *Prantohi Prantesi*, *Alberonis*, *ex burgo novo Bozensi*, *Ottonis de S. Ingenuino Reinoldi et* ejus fratris *Concelini*, *Alrici Glumagi*, *Henrici Coronis*, *Joannis quondam Domini*

Habraham, *Guntheri Mezide Bocciano*, *Hugolini quod Herbardi de Bozen*, *Vigilii Notarii*, atque *Bellini Notarii de Tridento*, et aliorum quam plurium fide dignorum Testium. Coram viro discreto Domino *Geroldo Judice in Gless* constituto per *magnificum principem Dominum Meinhardum Dei gratia Carinthiae Ducem*, *Comitem Tyrolis et Goeritiae*, *Aquilegiensis*, *Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum Advocatum.* Sedens in generali Judicio et rationem faciens loco, *vice ac nomine praefati Domini Ducis Carinthiae*, sicuti ibidem coram dictis testibus literis patentibus memorati Domini Ducis suo Sigilo roboratis lucide demonstratur, fuit obtentum et approbatum per legales et justas sententias et *Lauda* honestorum virorum *Dominorum* suprascriptorum *Albrechti de Firmiano et Friderici Treuenstain*, et quae sententiae et lauda per eos data dicta et sententiata prout inferius visum fuerit tacite contineri, per omnes astantes judicio, qui super fuerint a predicto Domino *Geraldo* Judice requisiti et interrogati, fuerunt confirmatae, obtentae et approbatae, *videlicet quod prima die in legali seu generali Judicio*, *cum per viatorem seu praeconem publice in ecclesia parochiali Plebis S. Mariae in Bozano ipsum Judicium generale fuerit denuntiatum*, *quod tunc prima die omnes nobiles*, *magnates et ministeriales residentiam habentes in plebe Bozani et plebe Chelre et similiter Domini de Vuango et Firmiano licet non sint residentes in dictis plebibus*, *Bozani et Chelre*, *causam*

de Jure et antiqua consuetudine tenentur prima die sicuti alii nobiles et ministeriales sine aliquo praecepto aut citatione *comparere*, et rationem omnibus impetentibus eos Justitiam facere tenentur complimenti. Et simili modo *quod burgenses et cultores et alii homines* et persone in dictis plebibus residentiam habentes omnes prima die etiam sine denuntiatione aliqua eis facta *debent comparere.* Sed ipsi *Burgenses et Cultores pro debitis et possessionibus eorum non tenentur in generali Judicio stare, prima, sed solummodo astare prima die, et etiam aliis sequentibus duobus diebus* dicto domini duci, suisque haeredibus et eorum substituto, qui vices suas et suorum haeredum in dicto generali judicio gessit. Et si quis praedictorum non comparuerit prima die sine praecepto, haec es poenacis imposita ex antiquo, videlicet quod nobiles et ministeriales quinquaginta libras parvulorum denariorum dicto domino duci solvere sint astricti quilibet ipsorum, qui non comparuerunt, *Burgenses* vero libras parvulorum 25, rustici et cultores libras parvulorum quinque; et quicquid prima die perfectum aut inceptum coram domino duce vel ejus vicario non fuerit, hoc aliis duobus sequentibus diebus debet audiri et terminari ex jure sicuti prima die, hoc solo excepto, quod prima die non debent citari, sed sine aliqua etiam citatione tenentur comparere, ac etiam respondere, sed sequentibus duobus diebus, si quis eos impetere voluerit, debent citari. Et quod memoratus dominus dux habet po-

testatem liberam hoc generale judicium constituendi duabus vicibus in Anno, videlicet infra festum sancti *Martini* et nativitatem domini nostri Jesu Christi, et similiter in mense Majo cum anno, et quicunque alterum occiderit, ille idem etiam occidi debet, et personam mutare, hoc salvo si ad gratiam proximorum et parentum illorum, vel illius, qui interfectus fuerit, pervenerit, personam mutare non debet, sed nihilominus gratiam domini ducis acquirere debet, prout melius poterit, item pro vulneribus sic fecit obtentum et sententiatum, videlicet quod pro quolibet simplici vulnere, de quo sanguis emanavit, reus solvere debeat dicto domino duci libras parvulorum 25. et vulnerato similiter 25 libras parvulorum: tali etiam conditione imposita, videlicet quod si per aliquod vulnus factum in membris, ille qui vulneratus fuerit, contractus aut assidratus fuerit, quod vulgariter dicitur Leme, ille idem qui hoc fecerit, pari poena in membris puniatur, si ad gratiam illius, qui sic in membro vulneratus fuerit, et amicorum suorum et domini ducis predicti pervenire non poterit. Et quod pro amissione cujuslibet membri ille quidem reus consimile membrum perdere debet, nisi tunc gratiam illius, qui membrum perdidit, et domini ducis praedicti ut permittitur acquirere poterit. Insuper quod memoratus dominus dux liberam habet potestatem, et ex antiquo habuit ipse et ejus Praedecessores, quod in legali judicio, et etiam quandocunque voluerit in Anno

absque generali judicio, et etiam quandocunque voluerit in anno absque generali juditio de mensuris omnibus cujuscunque generis fuerint, et similiter de maleficiis, quocunque nomine dici possunt, ipse et ejus Vicarius plenam potest et debet facere justitiam. Et haec omnia superius dicta et sententiata dixerunt sententiaverunt infra scripti domini Albertus de *Firmiano* et Fridericus de *Treuenſtain* in eorum fidelitate, et dixerunt etiam, quod hoc semper in vita eorum audiverunt ex antiquo, et quod etiam aliis temporibus ipsis praesentibus coram juditio sic pluribus vicibus sit obtentum et sententiatum, approbatum et per laudum Curiae et ostantium judicio confirmatum. Et similiter quod ipse dominus dux unum vicarium loco sui indicto generali judicio constituere potest, quandocunque voluerit, et quandocunque personaliter interesse non poterit. Ego *Ottolinus* domini *Henrici* Episcopi *Tridentini*, et Sacri *Palatii* notarius praedictis omnibus interfui, rogatus et publice scripsi.

Nro. CLII.

Triſtes Conradi praepoſiti de Martello quaerimoniae de Sororibus congregationis suae.

(Ex Collect. Eggeriana.)

1273.

Anno verbi incarnati 1273 Dominica, qua can-

tatur: *Judica me Deus*: Nos *Conradus Praepositus de Martello, cum universo conventu canonicorum nostrorum*, attendentes, *quod mulierum nequitia ſuperet omnes nequitias, quae sunt in mundo, et non est ira ſuper iram mulieris, quodque Venena Aſpidum et Draconum Sanabiliora sint homini, et mitiora, quam familiaritas mulierum*; decrevimus pari consensu, et communi Consilio, *saluti tam animarum, quam corporum, et etiam rerum* imposterum providere volentes, *ut aliquas de eetero sorores ad augmentum noſtrae perditionis, nullatenus recipiamus, sed eas quaſi venanata Animalia recipere devitemus*; ut autem haec firmitatis robur obtineant inconvulsum, ego *Conradus praedictae eccleſiae Praelatus* tradidi fidem meam *Sanioribus et senioribus, nomine juramenti, ut infra ſpatium* 50 *Annorum nullam sororem recipiam vel recipi patiar.* Caeterorum vero canonicorum juramenta recepi, ut nullus ipsorum aliquam sororem recipiat infra terminum 50 Annorum, vel recipi patiatur, post hunc terminum elapsum, quid successoribus nostris complaceat, arbitrio eorum relinquimus, consulimus autem, ut et ipsi praedecessorum vestigia *ob comodum et salutem suam* in his imitentur. *Utinam ſiat!* — — — —

Nro. CLIII.

Ulricus Comes de Ulten, Gerardo Episcopo Tridentino cuncta allodia sua in eodem episcopatu existentia, vendit.

(Ex autographo.)

Actum Tridenti. 5. Januarii 1231.

Anno Domini 1231. Indictione IV. die V. intrante Januario, in *Tridento*, in Camera palatii, in praesentia D.D. — — Sancte *Tritentine* Ecclesiae Decani, Comitis *Tyrolensis*, *Adelperii*, et *Bertoldi* fratrum de *Wanga*, *Nicolai de Egna*, *Ulrici de Beseno*, *Duringi de Formiano*, *Jeremie de Castro novo*, *Rodulfi Scanzig*, *Bertoldo de Cagno*, *Riprandi*, et *Ottonis Richi*, *Ulrici de Rambaldo*, *Zachei*, *Heinrici de Porta*, Gotefredi de *Porta*, Peregrini *Wichomarii*, *Tridentini* filii condam Rodulfi *Rubei*, Rolandi Ottonis *Grassi*, Gunselmi, *Aycheboni*, Ainzonis *de S. Petro*, Malapeza, Tocolini, Otolini *Gandi*, Maraldi *Tridentini* Judicis, Ecelini Judicis, Arnoldi de *Arso*, Pelegrini Notarii, Oluridini Notarii, et aliorum rogatorum testium. Ibique *D. Comes Ulricus de Ultinis* jure et nomine vendicionis Alodii ad Allodium, et pro expedito Alodio investivit *D. Gerardum Dei gratia Tridentine Ecclesie Episcopum* pro Ecclesia sua et Episcopatu recipientem de omnibus suis ma-

zinatis, et personis de mazinata masculis et feminis cum omnibus suis peculiis, que habent, vel habituri sunt, et cum omnibus suis liberis descendentibus, quos habent vel habituri sunt, et cum omnibus suis Vasallis de suo Alodio, quod *de* suo alodio in feudum detinent in Episcopatu *Tridentino*, seu in marchionatu, Comitatu et Ducatu, et de omnibus illis allodiis, que dictus Comes habet — — in Episcopatu — — *Tridentino* — — inter quos hos — — assignavit — qui sunt nobiles et de nobili sua Macinata, et omnes sunt Milites de genere Militum, videlicet: D. Ulricum *Senescalcum de Gurlano* et sororem suam cum X. filiis. Henricum *de Mareto* cum VII. filiis et uxorem suam. Johannem et sororem *de Castro veteri* cum VII. filiis; Nichilinum cum fratre, et sorore de *Castro veteri*; Dominam Sophiam de *Bugnango* cum tribus suis filiis; Ardoinum de *Puzillo* pro medietate; Ulricum *Chirkrium* cum IV. suis filiis pro medietate; Henricum *Chirherium* cum III. filiis pro medietate; alium ejus filium pro medietate; Walferium de *Conalano* cum filia una; Uxorem Ulrici de *Ultemes* cum IX. filiis, qui filii pro medietate pertinent comiti Ulrico de *Piano*; Federicum de *Flones*, et matrem; Eberardum de *Tisene* cum uxore et V. filiis; sororem Nihilini cum IV. filiis, qui filii pro medietate pertinent comiti *Tirolensi*, filios Penzenis de *Tisinis*; filios *Ardoini* duos, unus est comitis *Henrici*; Dominam *Matildam* cum IV. filiis, qui pro medietate pertinent Comiti *En-*

genoni; Henricum e *Tisinis* cum uxore sua, et III. filiis: filiam *Ulrici* pro medietate, que filia nata fuit de filia Ottonio de *Tisinis*, Hen. *Nonerium* cum IX. filiis, qui filii pro medietate sunt comitis *Egenonis*: *Ulricus* totus est comitis *Ulrici* de *Ultimis*; filios Karlonis de *Tisinis*, Dominam *Itam* cum IV. filiis, qui filii pro medietate pertinent comiti *Egenoni*; Federicum Nonerium totum cum IX. filiis, qui filii pro medietate pertinent corone filios Ulrici de *Lugagnano*, Tristanum, qui pro medietate pertinet Comiti *Tirolensi*; Henricum Nonerium et sororem, Herbertum *Falchinerium* et sororem ejus Gesam; Bertoldum de *Tisinis* cum III. filiis; filios Ilteprandi de *Lugugnano* et duas sorores; Calocum de *Ultimis*, et Matrem, et fratrem *Ulricum*; Uxorem Conradi de *Senano* cum IV. filiis, *Goteliabam* et filiam cum V. filiis Gabardum de *Hoenſtain* et sororem cum III. filiis (sequntur alii homines proprii magno numero cum ipsorum familiis, quorum nomina sola recensemus) Nicolaus de *Castrorupto*, Henricus de *Folander*, Calochus de *Velseco*, Odescalcus de *Monte*, N. de *Valvenstain*, Arnoldus de *Valvenstain*, D. Yrata, Arnoldus de *Gaso*, Henricus *Chirkerus*, Otto *Pairus*, Hengelmarius, et Henricus Fratres de *Nideros*, Bertaidus de *Obernunc*, Conradus de *Sarentina*, Diamota, Henricus et uxor Federici de *Louzo*, Liabardus de *Jovo*, Uxor Bertoldi de *Coredo*, Oluradinus de *Spur*, Wilelmus de *Molina*, Egeno de *Sillo*, Federicus et Sophia *Uxor*, Arnoldi de *Arso*, de *Selo*, Uxor Adelpreti de *Flaono*, Henricus *Teotonicus*.

Alios vero nominavit, et expressit, qui sunt alterius conditionis *Mazinate*, quam — — (scilicet *Giobizins de Mez*, *Zavarisous de Mez*, *Ropertus de Tueno*, *Vbertinus*, et frater *Ottonellus de Tunno*, *Anselmus de Spuro*, Conradus de *Man*, Girardus et Janetinus de *Spuro*, Engenosus de *Loverno*, Jordanus de *Molar*, Bontempno, Zuco et Paganelus de *Mula*, Zufus Albus filius *Milioli*, Otto de *Amblo*, Delesmannus de *Cloz*, Harmanus et Todeschus de *Clouz*, Provitalis de *Cornalezo*, Swicherius de *Caldaro*, Vitalis de *Tobolino*, Bertoldus de *Teseno*, Ulricus de *Tesino*, filius Ulrici Presbyteri cum duabus sororibus, Mairus de *Maio*, Folcus de *Maio*, Ysegrinus de *Zermo*, Conradus de *Agino*, etc.) et omnes supradictos cum omnibus suis liberis, et descendentibus masculis et feminis presentibus et futuris.

Isti sunt Vasalli de Allodio ipsius Comitis, quos ipse — assignavit — — scilicet *Suppanum*, *Tarantum*, filios Engelmari *Taranti*, Alberonem et fratrem ejus de *Mais*, Ylteprandum de *Lugugnano*, Ottonem de *Tisen*, Duringum et fratres de *Furmiano*, Gotschalchum de *Winec*, Ulricum de *Haselach*, et fratrem, Hiltepoldum et fratrem de *Wineco*, Ottonem de *Wineco*, filios condam *Jafelini*, Henricum de *Fosato*, Henricum de *Goldeco*, Henricum *Kircherium*, Enricum de *Goldec*, Gotsalcum de *Valvenſtain*, Gotsalchum de *Griso*, et fratrem Henricum *Tudes*, Filios Federici *de sancto Jenesio*, Henricum de *Pon-*

ticello, filios Adelpreti de *Sarintina*, Liabardum de *Jovo*, Liabardum de *Ubernum*, Jacobum et fratrem de *Furmiano*, Folchemarium de *Caminat*, *Feudum jacet apud Mays.* Swicherum de *Montalban*, Ugonem de *Richenberch*, *Roser.* Feudum jacet ad *Mais*, Sibant, Feudum jacet ad *Marlingam*, Ottonem de *Schrovenstain*, feudum jacet ad *Mais*, illi de *Porgchirch*, feudum jacet supra Maium; filios Adelpreti de *Lugagnano*, illi de *Enno*, Nicolaum et nepotes de *Egna*, Jacobum de *Lizana*, Abrianum de *Castrobarco* — — Arnoldum de *Arso*; filios Henrici de *Cloz*, Henricum de *Glomio*, illos de *Werneco*, feudum jacet *ad Zerm*; illos de *Rodanch*, feudum pro parte jacet ad *Caldare*, Wilhelmum de *Velturno*, feudum jacet *ad Caldar*, Walmannum de *Rosenberg*, feudum jacet *ad Mais.* Ista autem sunt vendita — scilicet XXVIII. mansus *in Caverlana*, de quibus habet redditus C. Librarum in Anno.

Item *in Cadrano* I. mansum, de quo habet redditus, cum ficto VIII. librarum, et Clesuram Dominicam in *Castello*, de qua habet redditus V. librarum, et casarum de *submonte* cum pratis, que debet tenere omni Anno XXXVI. Vacas. Item in Ralo VIII. mansus, de quibus habet XXVIII. libras in Anno. Item in *Clauzo* VI. mansus reditus illorum XVI. libre. Item duos manus ad Loginano, reditus illorum in annum XXX. libre. Item duos mansus ad *Riader* in *Grello*, reditus illerum XXX. marcorum. Item mansum de *Nalles* reditus man-

si XXX. librarum in Anno. Item mansus de *Robeniga*, et mansus de *Dosso*, et Mansus de *Castenego* et duas casarias et unam scarian *ad Andrian*, et VII. mansus ad S. *Valentinum*, reditus illorum mansorum et scarie et casarie est in anno XVI. marc. Sed reditus predictarum marcarum *D. Comitissa debet habere ad vitam suam.* Item Mansum de *Zermo* reditus in anno L. librarum. Item Mansum de *Mais* CC. librarum reditus in anno. Item III. Mansos ad *Plaza*, reditus illorum XXX. librarum. Item totum allodium, quod habet in *Ultimis* cum reditu in anno, qui valet LXXX. libras. Et si aliqua alia de nobilibus Mazinatis, seu de aliis Mazinatis, sive aliqua alia allodia, que non essent nominata, reperientur esse juris dicti D. Comitis in Episcopatum, Ducatum et Districtum. Et de his omnibus ipsum D. Episcopum et suos successores jure vendicionis, sicut de supradictis investivit, retinendo in se dictus D. Comes mansum de *Srechpuhel*, et illa, que habet in *Nova*, et D. Comitissa uxor predicti D. Comitis debet habere reditus ponderis *Capriane de Flemo ad vitam ipsius D.* Comitisse tantum, de quibus D. Comes possit facere suam voluntatem, ut de re sua.

Tali quidem modo fecit dictus comes presentes datas in Episcopatum *Tridenti*, et in ipsum Dominum Episcopum pro suo episcopatu recipientem, ut de cetero dictus de episcopus, suique successo-

res dicta Allodia, *Mazinatus*, et personas de *Mazinata* cum liberis eorum praesentibus et futuris, peculio, et possessionibus, Cassaticas cum suis possessionibus et peculio et descententibus, et vassallos cum fendis, que detinent, et habent, habere debeat, et de illis episcopatus, quidquid voluerit, faciat sine contradictione vel molestatione predicti Comitis vel alterius persone. Dicens idem comes, nulli alii omnia predicta esse vendita et alienata, pignori obligata, nisi D. episcopo et episcopatui: et si predicta vel aliquid de predictis reperirentur alienata, vel obligata, ipse D. comes sub Ypoteca omnium suorum bonorum presentium et futurorum valentium duplum rei evictae seu impeditae — — et ipse D. comes pro prodicto D. episcopo et episcopatu dictas *Mazinatas*, cum peculio et hominibus et possessionibus et casaticas hominum — — manifestavit possidere, et ejus interdicto desiit possidere.

Et confessus fuit praedictus D. comes accepisse — — a — D. episcopo — sec mille libras denariorum *Veronensium*. Per predictam venditionem renunciavit exceptioni non numeratae pecuniae, — et si prodicta venditio plus de illo pretio valeret, totum, quod plus valet, nomine donationis inter vivos, ut amplius revocari non possit, et pro remedio animae suae, suorumque parentum D. episcopo donavit, renuncians illi legi, quae dicit, donationem non valere ultra D. aureos — et omni alio au-

xilio, pro quo donatio possit revocari, — — promittens dictus de comes predicto D. episcopo — omnia predicta — warentare et defendere — in poena dupli rei, et totius damni et dispendii, quod — veniret ipsi episcopatui.

Et ibi dictus de episcopus in continenti intravit, et accepit tenutam, et possessionem de suis *Mazinatis* de D. Ulrico *Senescalco* de *castro veteri*, et de Heinrico de *Morito* et de Johanne *Bisolo*, recipiens vice et nomine aliorum bonorum, et vasallorum et mazinatarum predictarum; qui Henricus, Vlricus et Johannes *Bisolus* in continenti juraverunt fidelitatem dicto domino episcopo et episcopatui, ut homines de macinata S. Vigilii.

Tali quidem modo fecit dictus comes predictas venditiones, donationes et investituras, quod si contingeret, dictum comitem sine filiis seu filiabus mori, quod dicte venditiones et donationes in episcopatu libere debeant permanere: et si contingeret, ipsum comitem filios vel filias habere, electio sit episcopi, et sui successoris, ut, si velit, statim vendiciones, donationes et investitura nullius sint momenti, et libere revertantur et remaneant in ipsum D. comitem et suos filios vel filias: et dictus comes vel ejus filiae, que pro tempore fuerint, teneantur restituere, quatuor mille libras de dicto pretio infra annum, ex quo ei fuerit denunciatum per D.

episcopum vel ejus successores seu nuntios ipsorum: — — Si autem episcopus vel ejus successor velit, durent etiam postea venditiones, et investiture, *donec filii, vel filie ipsius Comitis ad pubertatem pervenerint; id est masculi ad quatuor decimum annum, et femine ad duodecimum annum*, ut, si filii et filie omnes in pupillari etate, hoc est, ante quam perveniant masculi ad quatuor decimum annum, femine ad duodecimum — vendiciones — donationes rate sint, — si autem ad pubertatem omnes, qui supervixerint, tempore mortis comitis — pervenirent — nullius sint momenti — et permaneant in eis filiis vel filiabus pluribus vel uno ipsius comitis; solvendo et restituendo de dicto pretio quatuor mille libras infra annum etc. Et si dictus comes, vel ejus filii vel filia post mortem ipsius, ut dictum est superius, non restituerint dictas quatuor mille libras infra tempus supra statutum — quod dictus D. episcopus possit et debeat intromittere totum illud, quod dictus D. comes visus est habere *in Plebatu de Flemmo, et in Judicaria*. Et promisit dictus comes, quod non impetrabit literas a summo pontifice, sive Imperatore, seu Rege, nec ab alio occasione dicte pignorationis, sed quod in pace dimittet episcopum et episcopatum etc.

Preterea promisit D. comes sub ypoteca omnium suorum bonorum D. episcopo, quod faciat *D. comitissam uxorem suam* laudare, et confirmare

omnia predicta in dicto sapientis usque ad festum S. Marie de *Cereis* proximum, et matrem suam similiter usque ad festum beati *Martini* proximum etc.

Ego Muso D. Ottonis Romanorum Regis Notarius his omnibus interfui, et rogatus in concordia cum Uluradino et Peregrino *Coxe* Notariis scripsi et in hanc formam publicam redegi.

Nro. CLIV.

Concordia inter Meinh. C. Tyrol. et Bozanenses stabilita.

Bozani. 1277. 27. Maj.

Anno Domini 1277. Indict. quinta die *Jovis* quinto eneunte Madio in *Bozano* in *Platea* in *Punitia* Dominorum fratris *Wolmadi*, Domini Henrici de *Ovenstein*, Domini *Eberhardi*, Domini Hartmanni de *Rode*, Domini Conrad de *Screnchpom*, Domini Bertoldi de *Hoehenecke*, ibique Dominus Fridericus de *Grifenstein* laudabit, et hoc Dominus H. de *Iwetenburch*, accepit super se. Isti juraverunt *Hugolinus Brabantus*, *Altelinus*, *Jacobus Nascinbenus*, *Jacobus* frater *Ulrici*, Ulricus *Legenstainerus*, *Altomus*, Heinricus *Zoia*, Concius *Maisarius*, Ulricus *Glumage*, Gerhärdus *Latinus*, *Joannes* filius Domini *Abrahae*, Pertoldus *Murezarius*, *Pertolotus*, Concius *Laasse*, Concius *Zinzingarius*, Heinricus *Lausse*, Ja-

cobus *Brevis.* Isti omnes juraverunt super totam civitatem, et communitatem *Bozani* allodii, et feodi in pena mille Marcarum. Primo ponunt *Bozanenses* Dominum M. Comitem *Tyrolis* in possessionem judicii, videlicet de domo *Locelini* usque ad *Platen* et ad *Hurlach* ambe contrate, et contratam, ubi moratur Henricus *Pere* usque ad domum *fratrum Predicatorum*, et ad pontem *Ysarci*, et alia contrata usque ad domum Q. *Montenarii Notarii*, et Willicum de *Nusche* usque ad domum fratrum minorum ambe contrate, salva racione Domini Episcopi *Tridentini*, et Domini M. Comitis *Tyrolis*, et omnium hominum. Et etiam judicium id, quod dicitur Dorf = Gerichte, salva pariter raccione omnium hominum, et etiam de judicio annuali, quod dicitur Ehelich = Teidinch. Similiter salva racione omnium hominum. De his judiciis, si Dominus Episcopus petierit rationem de ipso Domino M. Comite *Tyrolis*, debet ei rationem facere eorum, Domino R. Regi Romanorum, vel coram illo Justitiario, quem eis dederit pro judice: et quamdiu Dominus Comes hoc paratus est facere, *Bozanenses* non debent assistere Domino Episcopo abhinc usque ad proximum festum Sancti *Jacobi*, et deinde ad unum annum. Si autem Dominus Comes id facere recusaret, *Bozanenses* ad hoc promissum non tenerentur. Et super his, quod hoc ratum permaneat atque firmum, *Bozanenses* XVIII. prestabunt corporaliter juramentum, et Dominus Fridericus de *Grifenstain*

laudabit. Ad hoc *Bozanenſes* obligent Domino Comiti bona sua, proprietates, et feoda pro mille Marcis nomine pene, si venerint contra juramentum, que ipsa pena Domino Comiti danda esset. Quibus autem factis hec conditiones violate fore possint, hoc erit in arbitrio Capitanei Domini R. qui tunc fuerit in *Bozano*. Ad hec servitores Domini Comitis, qui de Civitate sunt expulsi, si volunt, debent redire in civitatem usque ad praedictum terminum quiete stare. Si qui vero redire nollent ad civitatem, his bona sua debent servire pacifice et quiete. Ad hec si Dominus Episcopus contra tenorem vellet Dominum Comitem impungnare, et ipse Dominus Comes se defendere cogeretur, nihilominus predicte conditiones sunt servande. *Item Bozanenses* reedificare domum apud *Sanctam Afram* infra festum Sancti *Andrei* proximi venturi. Et hoc de arbitrio *Hugolini*, et Concii *Maisarii* procurent, quod ipsa domus potius melior, quam deterior videatur. Et si Dominus Comes vellet impungnare Dominum Episcopum sine jure, tunc *Bozanenses* debent adjuvare Dominum Episcopum, et debent esse absoluti de edicta promissione et pena. Domum vero que Joannis scriptoris, quam Dominus Comes actenus tenuit, in quieta possessione adhuc permaneat, salva racione omnium hominum. Item contratam que Dominorum de *Wanga*, quam Dominus Comes possidet de jure, in quieta possessione teneat, ita quod, in praefixum terminum ipsam contratam nulla de-

beat exactione vexari, excepto, quo homines, quid sunt in dieta, teneantur facere racionem coram Domino de *Waldek*, vel coram illo, qui erit loco sui. Ego *Ottolinus* Not. etc.

Nro. CLV.

Protestatio jurata Bozanensium, quod Meinhardus Comes, primus pacem ruperit cum ipsis.

(Ex collectione Eggeriana.)

Bozani 1277. 10. Septembris.

Anno D. 1277. Ind. V. die X. intrante Sept. in *Bozano* in domo filiorum qdam Bertoldi *Maiserii* in praesentia Domini Hartemanni de *Riede* Justitiarii in *Bozano*, Domini Libanoni plebani de *Bozano*, Domini Thadei socii dicti plebani, Gozhelini de *Winecco*, Olrici Stolli de *Haselbergo*, Olshelmi filii quam Domini Eberhardi Goteschalci de *Niederhousen*, Arnoldi de *Steinmoure*, Bertoldi de *Weile*, Hougelini juvenis de *Bozano* et aliorum testium rogatorum. Ibique Dominus *Jacobus*, et Dominus *Fridericus*, et Dominus *Eberhardus Presbyteri* Vicarii Domini Libanoni Plebani de *Bozano* protestati dixerunt in eorum fide, tanquam jurassent, quod Dominus Comes *Menhardus Tirolensis* post recessum venerabilis Domini Hainrici Episcopi *Tridentini*, et postquam ipse fuit in Legatione Domini Regis *Rudolfi* Romanorum, ipse Dominus Comes incepit facere Werram, et prelium cum hominibus de *Triden-*

to, et Burgensibus de *Bozano* cum incendiis, Wastis et excidit vineas ante Burgum *Bozani*, et devastavit et incendit omnia edificia, et *opus* ante Burgum *Bozani*, *que parate fuerunt ante aquam Talwernae*, et *Isarci*, et voluissent nos submersisse cum dictis aquis, et hoc fecit ipse Dominus Comes, et sui adjutores, antea quam homines de *Bozano* aliquod malum vel Wastum fecissent Domino Comiti, et id, quod fecerunt dicti *Burgenses*, fecerunt in defensione rebus et personis eorum. In super infra scripti Domini Fridericus de *Grifenſtain*, et Morandinus et Hainricus de *Liechtenſtain*, et Bernhardus de *Hurlach*, et Calochus de *Liechtenſtain*, et Rembertus de *Winecco*, et Concelinus de *Winecco*, et Nikelinus de *Welseke*, et Jacobus et sui fratres Egano et Randoldus et Albero, et Concius *Mullo*, et Mezelinus et sui fratres Pelegrinus, Randoldus et Hainricus de *Raiſenbach*, et Jacobus de *Burgo* novo de *Bozano*, et Bertelotus, et Albertus Campillerius, et Bertoldus de *Murez*, et Lionhardus filius Conci *Maiserii*, et Olricus et Merchelinus de *Schenchenberch*, et Hougelinus de *Bozano*, et Wolfelinus de *Walewenſtain*, Ministeriales Episcopatus *Tridentini*, nec non Girarhardus Latinus de *Bozano*, et Ulricus Lengensteinerius, et Altomus, et suus gener Concolinus, et Hainricus *Zane*, et Jacobus filius quam Witegi, et Cristanus *Pomerol*, et Poazarius gener Conci, Louzi, et Olinus filius quam Lionhardi, et Renoldus Institor, et Albertinus et suus frater Con-

radus et Wilhelmus de inferiori porta, et Bonus de *Tridento*, et Remprechtus, et Haincius *Louz*, et Tridentinus Institor, et Oswaldus, et Ebelinus Nouere, et Concius Antingere, et Bertoldus Gruebere, et Concius Ovener, et Conradus de *Infenal*, et Giroldus *Serentener*, et Concius *Cramere*, et Olricus *Zotto*, et Olricus *Cramer*, et Concius *Maierlinus*, et Hainricus filius Ebelini Shaiderii, et Hainricus *Gerhabe*, et Franciscus nepos Altomis, et Olricus *Liebechind*, et Wintherius, et Bernhardus de *Stege*, et Heinricus Parolerius (sequuntur alii cives *Bozani* maximo numero, inter quos ultimus Conradus *Rubeus*): isti vero omnes suprascripti juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, quod dictus Dominus Comes *Tirolensis*, et sui adjutores in primitus inceperunt Werram et prelium cum dictis hominibus, et civibus de *Bozano* antequam ipsi ei Domino Comiti, aliquod damnum fecissent, et quod ipse Dominus Comes fregit trewam et pacem, que facta fuit inter eum, et Dominum Episcopum *Tridentinum*.

Ego Bertolotus Not. Domini H. Regis interfui, et rog. scripsi, (appositae sunt trium aliorum Notariorum publicorum subscriptiones et signa.)

Nro. CLVI.

Mandatum procuratorium Communitatis Flemi ad faciendam pacem et concordiam cum Comite Tyrol.

12. ex. Apr. 1267. Cavalesii.

Anno Domini MCCXVII. Indictione X., die XII. exeunte Aprili, sub portuali Ecclesie *S. Marie* plebis *Flemi*, presentibus Pelegrino de *Sega*, Trentino quondam *Cani*, *Ambrosio*, *Johannis*, Gazolo de *Castello* et aliis testibus rogatis. Ibique cum magna pars communis *Flemi* in eodem loco more solito adunata ad sonum campane, et specialiter de *Cavaleso*, Bordella et ejus filii Otto et *Pasqualis*, et *Boninsigna*, Hermannolinus de *Valle* (sequuntur alii magna copia) isti omnes pro se, et pro omnibus hominibus Plebis *Flemi* tam pro presentibus, quam pro absentibus unanimiter fecerunt, et constituerunt Hengeldiam *Scarium*, et Paesium de *Cavaleso*, et venturam filium quondam Zeve de *Tesedo*, et Pasqualem quondam Boza de *Castello*, et Otonem Torozam de *Areno*, et Bertoldum filium Martinelli de *Mojena* presentes, eorum certos nuncios, syndicos et procuratores, eundo ad D. *Comitem de Tyrol*, vel ad ejus nuncium, ad faciendum pactum et concordiam cum ipso Domino Comite, et in respondendo eidem Domino Comiti vel ejus nuncio, et de hoc,

quod cepit *homines Moiene et Furmi*, et *accipi fecit bestias hominum de Flemo*, et quidquid ipsi syndici, et procuratores fecerint et dixerint in dicto pacto, et concordio faciendo cum ipso D. Comite, vel cum ejus nunciis, totum firmum et ratum habere et tenere promiserunt cum obligacione omnium suorum bonorum presencium, et futurorum et obligacione communis *Flemi*. Juraverunt quoque dicti syndici et Procuratores, ipsum pactum et concordium facere toto suo posse ad melioramentum communis *Flemi* secundum quod melius videbitur expediri. Ego Nicolaus sacri Pallatii Not. interfui, rogatus, et scripsi.

Nro. CLVII.

Egno Tridentinus praesul, parochiam Mais donat monasterio in Stams, ordinis Cisterciensis.

(E scriniis ejusdem cenobii.)

1273. Indict. XV.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. *Egno* Dei gracia *Tridentinae* ecclesiae episcopus, universis — ad quos praesens scriptum pervenerit in perpetuum. Licet ex officii nostri debito, cunctarum ecclesiasticarum personarum profectibus, in promotione spiritualium et sublevamine tempora-

lium adesse, pro semper auxilio teneamur: Principaliter tamen eorum commoditati et promocioni, qui in sacre religionis conversatione et habitu resplendentes ac de collatis sibi pro Christi nomine rebus corporali necessitati plurima subtrahentes omnia in caritatis opera satagunt erogare, qui non solum Mariam contemplando, verum etiam Martham in receptione benigna pauperum et hospitum imitantur, debemus intendere cum effectu. Cum ergo noster clarissimus *consanguineus Meinhardus* illustris *Comes Goricie ac Tyrolis*, nec non illustris Domina *Elizabet* uxor sua in spe remunerationis eterne, et divine laudis cumulum et Augmentum quandam Novellam Plantationem ordinis *Citercicensis* in suo proprio fundo scilicet villa dicta in *Stams Brixinensis* Diaecesis fundaverint divina gratia inspirati, nos vero, ut cooperatores esse possimus plantacionis sive fundationis tam honorifice et salubris, jus Patronatus Ecclesie in *Mays* cum ipsa Ecclesia et filiabus ejus, de consensu nostri capituli pariter et assensu, cum suis attinentiis universis, Fratribus *Sancti Johannis in Stams* donamus et donavimus tam in spiritualibus tam in temporalibus regendum pariter et tenendum, et cum usu fructu et omni jure perpetuo possidendum. Statuentes, ut supradicta Parochialis Ecclesia in *Mays* cum ejus filiabus et usu fructibus suis in subsidium prebendarum fratrum et Amminiculum hospitalitatis prebende, debeat cum omni jure fratribus supradictis per-

petuo deservire. Ita duntaxat, ut Abbas, qui pro tempore fuerit in eodem cenobio *Stams* vacante dicta Ecclesia in *Mays* nobis et nostris successoribus sacerdotem secularem ydoneum ad regimen ipsius ecclesie pro vicario perpetuo representet, qui curam plebis a nobis recipiens dictam Ecclesiam officiet sicut debet. Cui etiam in tam honesta prebenda provideant dicti fratres, ut nobis et nostris successoribus et Archidiaconis ac Decanis in Kathedratico et procuratione visitacionis debite, et in juribus, obedienciis debitis et consuetis de sua porcione valeat respondere. A quibus juribus memoratum Cenobium tanquam exemptum liberum esse debet pariter et immune. In cujus nostre donacionis evidens testimonium — presentes exinde confectas sigillis nostro et Capituli nostri fecimus communiri.

Acta sunt hec anno Domini 1273. Indict. XV.

Nro. CLVIII.

Egno Brixinensis Electus investit Albertum Tyrolensem Comitem de Castro Reifeneck.

(Ex archivio aulico Brixinensi.)

Actum Sterzingae 3. Martii 1243.

In nomine Domini, Amen. Notum sit univer-

sis tam praesentibus quam futuris hanc paginam inspecturis, quod venerabilis *Egeno* Dei gratia *Brixinensis Electus pro se et suo Episcopatu, et pro suis successoribus Dominum Albertum Comitem de Tyrol* de omni, et toto suo jure ratione et actione, et lite et quaestione, et jurisdictione, quas ipse Dominus Electus *Brixinensis* vel sui antecessores haberent et habebant, aut habere possunt versus ipsum Dominum Comitem pro facto *Castri Reifenecke quod jacet in Wibetal*, et insuper ipsum Dominum Comitem Albertum de ipso Castro *Reifenecke* ad *rectum feudum* investivit et infeudavit, et dictus Dominus Comes *Albertus* ibi in continenti Dominum *Bertholdum Trautsonum* de ipso Castro *Reifenecke* ad rectum feudum investivit et infeudavit. Insuper dictus Dominus *Egeno* venerabilis *Brixinensis* Electus pro se, et pro suo Episcopatu *Brixinensi* dixit se bene fore solutum a dicto Domino Alberto Comite de *Tyrol* de illis *septingentis marcis argenti, quas ipse Dominus Albertus ipso Domino Brixinensi Electo dare debebat pro concordia facta inter ipsos tempore illo*, et promisit ipse Dominus *Electus* dicto Domino Comiti reddere omnia Instrumenta vel privilegia inde pro ipsa pecunia facta, et si aliquid instrumentum vel privilegium super hoc aliquo tempore invenirent pro ipso debito, quod tunc sit Cassum et vanum, et nullius sit valoris, vel momenti. Hujus rei testes sunt *Dominus Heinricus Tarrantus Decanus Brixinensis*, Dominus Heinricus de *Näwenburck*, Canonicus *Brixinensis*,

Dominus Comes Udalricus de *Ultimis*, Dominus Swikerus de *Montelbano*, Dominus Arnoldus de *Rodanken*, Dominus Wernerus de *Schenkenberch*, Dominus Wilhelmus de *Aichach*, Dominus Eberhardus de *Sabiona*, Dominus Nicolaus de *Castro rupto*, Dominus Albertus de *Voitesperch*, Dominus Henricus de *Anras*, Dominus Perchtoldus et Dominus Ottaker de *Newenburch*, Dominus Henricus de *Welfesberch*, et Dominus Otto *Welfus* ejus frater, Dominus Henricus de *Boymunt*, Dominus Wolferus de *Twingenberch*, Dominus Henricus de *Matray*, Dominus Henricus de *Cuvedaun* et alii quam plures.

Actum in *Sterzingen* anno Domini 1243. Indict. I. Die Martis, 3tio. intrante Martio.

Nro. CLIX.

Egno Brixinensis praesul recipit traditionem hominum et hubarum in Carniola, a Wersone de Veldes.

(Ex archivio aulico Brixinensi.)

Actum apud Feistritz et Stein, mense Aprili, 1247.

Egno Dei gracia Brixinensis Ecclesiae Episcopus. Quae geruntur in tempore, solent ex hominum labi memoria, nisi literarum testimoniis eternentur. Ea propter noverint omnes Christi fideles, quod *Wer-*

so de Veldes fidelis noster X huebas apud *Velewen* V. et apud *Vedozlavick* V. sitas, de proprietate et VIII. homines videlicet Permannum fratrem dominum *Garredini*, *Witegonem* et filium suum Pirsonem, *Hildebrandum*, filium *Albini*, *Reinmarum et Entschen* fratres suos. *Chuonradum* filium *Welicolien, et Lutoldum* filium *Lienhardi*, cum omnibus pueris et bonis eorundem, cum manibus matris sue domine *Munzen* et voluntate patruorum suorum domini *Weriandi* Vicedomini et D. *Gerlochi de Steine* nobis et ecclesiae nostre ratione proprietatis contradidit tali ratione, quod ipse *Werso* dictas huobas, et homines a nobis titulo feudi receptas una et haeredes sui, si quos utriusque sexus procreaverint, debeat ratione feudi possidere: Si vero dictus *Wersso* vel haeredem solum, vel plures non habens debitum carnis persolverit, pueri sororis suae, sive mares fuerint, seu feminae, qui Ecclesiae nostrae dicuntur esse ministeriales, et non alii, supradictas Huobas titulo feudi haereditabunt, homines autem praescripti cum omnibus pueris et bonis eorum mobilium, et immobilium nobis et Ecclesiae nostrae profutura libere cedunt et absolute. Hujus rei sunt testes, in quorum praesentia *Wersso* nobis supra nominata delegavit videlicet Domini Weriandus *Vice dominus*, et Gerlochus miles fratres de *Steine*, Albertus de *Aichach*, Chuonradus de *Rischone*, *Canonici Brixinensis*, *Heinricus Praepositus de Werde* Chuonradus Capellanus noster, Berchtoldus fidelis noster de *Nüwenburch*, Gerlochus de *Herten-*

berch, Albertus; Uolricus, et Heinricus milites de *Waldenberch*, Ruodegerus de *Zuoge*, Gebehardus de *Chrainburch*, Albertus Tisere, Friconis de *Livinslach*, Engelinus Camerarius noster et alii quam plures. Item alii testes, in quorum praesentia domina *Munza* huobas, et praedictos homines nobis ut supra delegavit, videlicet Vicedominus, et dominus *Gerlochus* fratres de *Steine*, Michael sacerdos *Brixinensis*, Dominus Berchtoldus de *Nüwenburch*, Heinricus miles de *Perowe*, Chuonradus de *Wolfspach*, *Stephanus*, *Reinbertus* fastor, et Ruobertus venator de *Steine*, et alii quam plures, ut autem major fides huic facto ad hibeatur, nos et *Wersso* praesentem paginam conscribi fecimus, et sigillis istis communiri.

Actum Anno Domini MCCXLVII. Die *Jovis ante S. Georgium per Werssonem apud Füstricium et die sabbati sequenti per dominam Munzam apud Steine.*

Nro. CLX.

Albertus Imperator Ottoni, Ludovico et Henrico fratribus Thelonea in Tyroli confirmat.

(Ex archivio Oenipont.)

1305. 15. Januarii Viennae.

Albertus Dei gratia *Romanorum Rex* semper

Augustus, universis sacri imperii *Romani* fidelibus in perpetuum ad sacri statum imperii *Romani* salubriter gubernandum profuturum liquidum nobis esse confidimus: si principibus nostris et imperii munificentia regalis in his, quae utilitati suae et securitati, ac paci terrarum conveniunt, exhibetur facilis et benigna. Unde cum illustres *Otto*, *Ludovicus et Henricus* fratres, Duces *Carinthiae*, Comites *Tyrolis*, Principes et *Affines* nostri dilecti, pro quibusdam Theloneis annotatis inferius, de novo conferendis eisdem in feudum liberalitati nostrae fuderunt preces suas. Nos imperii, et status Reipublicae debita commoda regali industria perpendentes, volentes nihilominus dictorum Ducum, ad quos zelum sinceritatis gerimus exigente naturalis propaginis vinculo specialem, votis rationi consonis gratiosis affectibus aspirare, ipsis *Ottoni*, *Ludovico et Henrico* Ducibus et Haeredibus eorundem, de Principum nostrorum et Imperii consilio beneplacito et applausu ob fidelia, grata et honesta nobis et imperio per ipsos obsequia praestita et praestanda nec non ob *raram reparationem*, *et viatorum et praecipue mercatorum vectorum et mercium securitatem*, et fidele defensionis praesidium conferimus auctoritate regia, Titulo Thelonea in *Antro*, in *Tella*, et in *Bozano* tenenda, percipienda et colligenda hoc modo, videlicet: quod in *Antro* de Samna rerum siccarum venientium de *Venetiis*, *Veronensium* solidi viginti quatuor minus duobus *Vero-*

nensibus. Item de Samna rerum siccarum venientium de *Verona* solidi duodecim minus uno Veronense. Item de Samna Cupri et starni solidi duodecim minus uno Veronense. Item de Samna olei solidi quatuordecim minus duobus Veronensibus. Item de samna salis solidus unus, de Samna vini solidi quinque. Item de Samna panni linei vel lanei solidi septem, et de Dextariis solidi quindecim. In *Tella* de Samna rerum siccarum exeundo solidi Triginta Tres, et de pannis et aliis rebus siccis intrando solidi sedecim et sex Veronenses. Item de Samna olei Triginta Tres solidi. Item de Samna vini solidi septem. Item de Samna salis solidus unus, et de Dextario solidi decem. In *Bozano* vero de Samna rerum siccarum solidi viginti, de Samna olei solidi viginti. Item de Samna vini Veronenses Triginta. Item de Samna salis solidus unus, et de Dextario solidi quindecim recipiantur, nec amplius de praemissis omnibus, quomodo haec nostra declaratio continet, a Thelonaeriis exigatur. Velimus etiam et praedicti Duces firmo et fideli spoponderunt praemisso, quod viis et stratis per Terminos sui Dominii infra scriptos in tali frequenti per ipsos defensione et custodia sit provisum, ut Transeuntes illaesi permaneant et conserventur indemnes intra fiuvium dictum *Weissenpach* extra *Clusam Haslah* et montem dictum *Arleperg* usque ad *crucem*, et intra *pontem altum* — Ut autem haec nostrae Serenitatis Collatio perpetuo robur obtineat firmita,

tis, et a nullo imposterum praesúmatur hominum violari, hanc inde conscribi paginam et Majestatis nostrae sigillo appenso jussimus communiri. Testes sunt Venerabiles *Conradus* Ecclesiae *Salisburgensis* Archiepiscopus, *Henricus* Episcopus Turen: Illustres *Rudolphus et Friderious* Duces *Austriae* et *Styriae* filii nostri charissimi. Strenui viri Eberhardus et Ulricus fratres de *Walse*, Germanus Marschalcus de *Lanoberg*, Ulricus de *Klingenberg* et alii quam plures fide digni.

Actum et Datum *Viennae* Anno Domini MCCCV. Idus Jannuarii, Indictione Tertia, regni vero nostri decimo septimo.

Nro. CLXI.

Induciae inter Episcopum Brixinensem Brunonem Comites Tyrolenses et nobiles de Taufers.

(Ex archivio Novacellensi.)

Bozani 5. Maii 1270.

Universis quibus praesens scriptum exhibebitur innotescere tam praesentibus quam futuris. Quod cum inter Dominum Venerabilem *Brunonem*, Dei gratia *Brixinensem* Episcopum, et Dominum Ulricum de *Toufers* ex parte una: nec non Dominos no-

biles et Illustres *Meinhardum et Albertum Comites Goritiae*, et *Tyrolis* ex altera, quidam suspicionis et odii ortus scrupulus, et conceptus quodam modo videretur, ad componendum illum, et funditus destruendum in hujus Unionis et amicitiae formam, de communi consensu, et voluntate libere convenerunt, videlicet quod praefatus Dominus Episcopus, nec non Domini Eberhardus Comes de *Chirchenberg*, Ulricus de *Toufers*, et Heinricus de *Voitsperch* sacramento praestito juraverunt, quod Dominis Comitibus antedictis, et ipsorum hominibus, fautoribus et adjutoribus cujuscunque Conditionis fuerint, hinc usque ad Nativitatem *S. Joannis Baptistae* venturam proxime, et inde ad annos duos, nullum damnum, gravemque injuriam, vel offensam in rebus, aut personis inferrent quocunque modo, nec per suos inferri permittent. Similiter Dominus *Meinhardus* Comes praedictus, pro se, et pro fratre suo Domino *Alberto*, Comite illustri, nec non Domini Fridericus de *Rodank*, Perchtungus de *Mais*, Eberhardus de *Twingenstein*, Reinbertus de *Voitsperg*, Henricus *Lajanus*, Wilhelmus de *Aichach*, Berchtoldus *Tarrandus* vice versa, sacramento praestito juraverunt, quod Domini Comites antedicti unam pacem et Amicitiam cum praefata parte adversa, usque ad Terminum praedictum habebunt, nec per se, vel suos adjutores, et servitores, memoratae parti adversae quicquam damni, gravaminis aut offensae in rebus, aut personis inferent, nec inferri permittent, sed

si, quod absit, alterutrae parti quicquam damni, vel gravaminis, quae satisfactionem requirerent aut emendam, per alteram inferretur; id post requisitionem patientis infra mensem sub poena juramenti praestiti emendetur, sed si forsan Dominus Episcopus, aut Dominus Ulricus de *Taufers*, tempore illo non essent in terra, talis quaestionis motio rursus ad adventum ipsorum habebit inducias. Nec medio tempore de talibus nocumentis ultio requiretur; nisi ut promissum est, requisitio praecesserit de Emenda, similiter si Domini Comites non essent in terra, ipsis idem et eodem modo per omnia observetur. Item sub eodem sacramento promiserunt vicissim, quod neutra pars alterius servitores, sive adjutores, de adjutorio, et societate alterius retrahere, aliquatenus adcompotabit. Item quia nobilis Dominus Conradus Comes de *Kirchperg* eidem non interfuit unioni, nihilominus idem, dum venerit, faciet juramentum. Similiter Dominus Nobilis et illustris *Albertus Comes Goritiae et Tyrolis*, qui etiam praesens non erat, dum venerit, jurabit omnia praedicta et singula observari, et praedictorum duorum Dominorum juramento, sub poena juramenti praestiti. Est etiam procurandum, ad majorem vero cautelam et observantiam omnium praescriptorum, Domini memorati *Bruno Vener.* Episcopus *Brixinensis*, Eberhardus Comes de *Chirchperg*, Ulricus de *Taufers* ex parte una, nec non Domini Illustres *Meinhardus et Albertus Comites Goritiae et*

Tyrolis ex altera, praesens Instrumentum suorum sigillorum robore muniverunt; Testibus qui aderant subnotatis, qui sunt hi, venerabili praeposito *Novecellensi*, fratre dicto *Commendatore fratrum* domus *Teutonicorum in Bozano*, Berchtoldo *Chrellone*, Hainrico de *Maringa*, *Fuchslino pincerna* de *Tyrol*, Hainrico *Fincone*, Jacobo de *Castro Sancti Michaelis*, Engelmaro *Tarando*, Harzelino *Batuo* suo, et *Vaterlina*, et aliis quam pluribus.

Actum et datum in *Bozano* Anno Domini 1270. quinto intrante Majo XIII. Indictione.

Nro. CLXII.

Henricus Caesar Ernesto Austriae Marchioni, quadraginta impertitur mansos in marchia Suimet scilicet Osterriche.

(Ex arch. aul. Vindobon.)

1074. 22. Mart. Fritzlar.

C. In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia rex. Pro qualitate seruitii, fidei, temporis, plerumque etiam persone, quilibet a Domino suo beneficiis remunerandus est et honore, videlicet si in seruitii debito, fidei devotio, in fidei devotione, temporis quasi sine tempore jugis et

indefessa invigilando perseverantiae claruerit productio. Alioquin his esse desinentibus, eorum etiam esse desinet effectus. Ubi enim causa deest, causae quoque abest effectus. Perseverante igitur servitio, servitii quoque merito perseverabit remuneratio. Quod servitium cum appenditiis quia in marchione *Ernesto* nostro milite nobis tale situm esse cognovimus, petitionem ejus in petitionis effectum ducere non pigri sumus. Siquidem, quod petiit firmando ei tradidimus, tradendo firmavimus, videlicet, excepto *Valchenstein* in silua *Ruogacs*, tantum quoad usque XL. mansi computentur, IN MARCHIA SUIMET SCILICET OSTERRICHE, cum universis appenditiis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris, — — — viis, et inviis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, et reditibus, quaesitis, et inquirendis, ac cum omni utilitate quae vel scribi vel nominari poterit. Ea lege, ut idem, *Enest*, prefato predio sine omni contradictione utatur, et quicquid utilitas ejus dictitaverit inde facere liberam potestatem habeat. Cujus traditionis regiae testem cartam presentem reliquimus, quam jussu nostro conscriptam, nostra autem manu ut infra videtur corroboratam, et sigilli nostri impressione insignitam, omnis generationis tam futurae quam presentis notitiae concessimus. Quae omnia *Uodelrico* communi milite nostro mediante et componente facere studuimus.

Signum Domini *Heinrici* quarti regis invictissimi. *Adalbero* cancellarius vice *Sigefridi* archicancellarii recognovi.

Anno Dominicae incarnationis. Millesimo. LXXIV. indictione. XIII. XI. Kal. Aprilis. Anno autem ordinationis Domini *Heinrici*. IV. regis. XX. Regni vero. XVIII. Actum *Friteslare*, feliciter in nomine Domini Jesu Amen. a)

a) Memoratu sane digna est hoc in diplomate additiuncula, *Marchia SUIMET Osterriche*, satis probans diversas fuisse *cis* et *trans Anasum*, Marchias, 1156. simul in *ducatum* effectas, ac demonstratum §. 18. 19. 20. duces boicos inter et Optimates suos nexum dilucidans.

Nro. CLXIII.

Ulricus comes de Ulten varia bona Tscherms, Mölten et alibi in athesina valle, Leopoldo Austriae duci per Hermannum Ortenburgicum comitem donat.

(Ex archivio Oenipontan.)

1229. 3. Sept. Bozani.

Anno Domini 1229. Indictione 2. die 3. intrante Sept. in Burgo *Bozani*, in domo *Henrici Vilnarii*,

in presentia Comitis Adelpreti de *Tirol*, D. Alberonis de *Wanga*, sui fratris D. Bertoldi, D. Gotzalki de *Griess* et aliorum. Ibique D. Odolricus Comes de *Ulten*, nomine *donaçionis inter vivos*, *ut amplius* propter aliquam occasionem *revocari non possit*, investivit Comitem Hermannum de *Ortemburge* recipientem vice et nomine D. *Lupoldi ducis* in *Osterriche*, de uno manso qui jacet in *ried*, in loco qui dicitur *Crouzweg* et de uno molendino, quod jacet in predicto loco, et de duabus swaigis, que jacent in monte de *Meltin*, et de uno manso qui jacet in *Zermes*, et de tribus mansis supra *places*, ita quod idem dux et sui haeredes habeant hec omnia cum omnibus accionibus — et pertinentibus et inde jure proprietario, quod voluerit faciat — et promisit per se et per suos heredes ei Comiti *Hermanno* recipienti pro dicto duce omnia predicta — omni tempore ab omni — defensare, in pena dupli dictarum rerum — sicut pro tempore meliorationis fuerint — et dedit ei ingredi tenutam. Tali tenore quod idem Comes *Odolricus* et sui heredes habeant omnia predicta ad rectum feodum a predicto duce et si ipse comes *Odolricus* sine heredibus oberit, quod predictus Comes *Hermannus* et sui heredes habeant omnia supradicta ad rectum feodum a predicto *duce Leopoldo*.

Ego *Zanellus* notarius sacri pallatii interfui rogatusque scripsi.

Nro. CLXIV.

Bertholdus andeccensis, Patriarcha Aquilejae, cum Mainhardo Gorltiensi comite transigit de jure conductus et thelonei super Creuzberg et celebrem montium seriem, die Tauern *audientem.*

(Ex archivio aulico Vindobon.)

Actum in civitate Austriae 27. Nov. 1234.

Berchtoldus Dei gratia Sancte *Aquilegiensis* ecclesiae Patriarcha. Notum facimus — quod cum presens discordia verteretur inter nos ex una parte et dilectum *nepotem* et fidelem nostrum *Meinhardum* Comitem *Goritiae* ex altera, super strata que ducit per *montem crucis*, de qua idem Comes asserebat, quod ad eum pertinebat, dare conductum omnibus transeuntibus, — nec per mutam nec alio modo — deberemus impedire. Nos vero vice versa de juro nostro proposuimus, taliter quod revera nepos noster conductum — habere debuit — de personis ad hoc specialiter deputatis, videlicet a *Bawaria*, qui per montes nomine *Tower* veniunt, et ab illis, qui a *Niederwelz* supra sunt constituti et qui veniunt de *Austria et Styria et Carintia*, qui a longis retro temporibus per *canales* et per *clusam* consueverunt venire, nihil ad *nepotem* nostrum diximus pertinere — super hac causa multis hinc inde

propositis, de communi consensu — fuit tandem ad arbitros devoluta. Constitutis igitur ex parte nostra — Ulrico de *Cucanna* et Johanne de *Portis* et ex parte altera similiter duobus, Cholone de *Flaschperch* et Heinrico de *Lunz* — talem sententiam protulerunt, quod dictus *nepos* noster conductu illo de personis determinatis — libere debeat gaudere, de aliis vero, qui de *Austria*, *et Stiria*, *et Carintia* per *clusam* transire consueverant, si per *montem crusis* vellent — transire, ne nos muta nostra fraudaremus, — tertiam partem eidem mute — relaxari constituerunt, duas autem partes talis mute, possumus accipere, ubicumque volumus, in nostro territorio, — ita tamen quod mercatores — tam nostra quam *nepotis* nostri gaudeant protectione, et nec a nobis — nec a *nepote* nostro — deinceps — usque ad *mare* eundo sive redeundo aliquod habeant impedimentur. Actum *civitate Austria* in caminata, Anno Domini 1234. quarto die exeunte Novembri, presentibus, *Ulrico* venerabili *trigestino* Electo, *Ottone* preposito Sancti *Udalrici*, Henrico, de *Villalta* — Leonardo de *Sconenberch*, — Henrico de *Valchensteine*, Ulrico de *Rifenberech*, Volkero de *Flaschpurch*, Hartwico de *Rursenico* et aliis multis.

Nro. CLXV.

Agnes vidua de Wangen, comitissa de Graisbach vendit Meinhardo Tyrolensi, bona filii sui Mothaei, plateam quoque Bozani, quae hodiedum Wangner - Gasse *appellatur.*

(Ex archiv. aul. Vindobon.)

In Castro Reifenstein 1273. 16. Octobris.

Anno Domini 1273. Indic. I. die martis 15. exeunte Octobris in Castro *Rauensteine*. In presentia DD. Gotschalci de *Augia*, Gotschalci de *Niderhaus*, Rudolfi *Mayser* — et aliorum testium. Ibique D. *Agnesa Comitissa* de *Raespach*, uxor condan D. Beroldi de *Wanga*, *tutrix* filii sui D. Mathei de *Wanga* dedit et cessit D. Conrado de *Umst*, judici in *Bozana*, recipienti — pro Domino Mainhardo illustri Comite *Tyrolis*, et suis heredibus de tota terra et contrata, quod habent — *Bozani* a muro *Pomerii fratrum minorum*, versus portam *Vintlerii* et in qua Jacobus brevis et alii morantur. — Promisit — domina *Agnesa tutrix sui filii* — dictam contratam et omnia sua jura — domino *Meinhardo* Comiti et suis heredibus warentare et defendere, allodium pro allodio, feodum pro feodo, in pena dupli — cum manu domini Alberonis de *Wanga*. —

Ego Wernherus ex burgo novo *Bozani* sacri pallatii notarius — ad publicam formam redegi.

Nro. CLXVI.

Ecbertus Andeccensis, Bambergensis Episcopus, in Austria, Styriaque Imperii vicarius, Abbati Claustro - Neoburgensi praedium quoddam a Friderico duce ablatum restituit.

(Ex archiv. Vindobon.)

Ekkebertus Dei gratia *Babenbergensis* Episcopus, *Procurator Imperii* in *Austria et Styria* constitutus. Universis — fidelibus Salutem. — Dilectus in Christo frater noster venerabilis Prepositus de *Neuburga* testimonia ministerialium terrae et temporis illius legitime probavit, quod villa *Choglinin* a duce Henrico de *Medelico*, qui eam jure hereditario possidebat, Ecclesiae *Neuburgensi* libere tradita fuisset, pleno favore et assensu D. Friderici tunc ducis *Austriae et Styriae* accedente. — Ea propter nos plenam ex parte imperii per *Austriam et Styriam* habentes potestatem, inspecto jure suo — et scientes, quia predictus Fridericus quondam dux *Austriae et Styriae* non usus aliquo jure, eandem ecclesiam possessione predicte ville post modum destituerit — ipsi — ecclesiae sepedicte ville sue restituimus possessionem. — H. r. t. S. Henricus prepositus *Pata-*

viensis, Cadoldus dapifer de *Veldesperg*, Heinricus de *Seefelt*, Catholdus de *Paumgarten*, Heinricus de *Prunne*, Wichardus de *Arnstain*, Leutoldus de *Hasenstampf*, fratres de *Himberg*, ministeriales et alii quam plures. Datum *Viennae* Anno Domini 1237. Calendas Junii X.

Nro. CLXVII.

Vadimonium mutuum Rudolfum inter Habsburgicum et Meinhardum Goritiae et Tirolis Comitem de nuptiis inter filium Albertum et Elisabetham filiam contrahendis.

(Ex archiv. aulico Oenip. Vindobon. translat.)

1270.

Diese sint die burgen, die ich grave Rudolf von Habisburch, minen lieben Vreunde Graven Meinhart von Tirol gegeben han, und bestatten soll, oder ettelich ander an ir statt, ob mir daheine abgiengen. Daz ist ze den ersten Bischof Chunrath von Chur, darnach Bischof Eberhart vou Costencze, Herr Ulrich von Göttingun, der erwelt von sanct Gallen, Grave Hug von Werdenberch, Grave Rudolf und Grave Ulrich von Muntforte, Grave Heinrich von Furstenberch, Grave Ludewich von Homburch, Herr Walther von Vatsch,

Herr Bertolt und Herr Ulrich von Regensberch, Herr Hermann von Bonnstetten, Heinrich der truchsezze von Diezzenhoven, Marquart von Baldekke, Bertholt von Hallewil, Albrecht von Chastel, Walther von Algäv, Gotfrid von Hunaberch, Ulrich von Wilandingen, Diethalm der Mayer von Windekke. So hat mir der Grave Meinhart diese burgen herwidergegeben. Bischof Chunrat von Chur, seine Geschweyen bayde, die Herzogen von Peyern, Hern Walther von Vatsch, herrn bertholt von Hohenecke, herru Heinrich von Razüns, Egeno der Vogt von Matsch, Alber von Wangen, herr Volkmar von Kemenath, herrn Swyger von Reichenberch, Nannesen von Ramüsse, Chunrad von Starchenberg, Sibandre und Chunrath von schrovenstein, Ulrich von Vellenberch, heinrich von Matrey, heinrich von Ouvenstein, heinrich von Rottenburch, Berechtung von Mays, heinrich von Meringen, Altun von Schenna, und Engelin den Tarant. a) Swaz der burgen ist auzzerhalb der berge, die suln in varn ze Lindowe die innerhalp der berge sint ze Inspruke. Su sullen min graven Rudolfs burgen, die enhalp des Rines sint ze Chostenz, in varn. Die diesehalp des Rines ze Veltkirchen.

a) Diploma antiquissimum quod in archivio augustissimae domus extat, lingua vernacula conscriptum.

Rara sunt in archivio *Oenipontano*, quae supersunt, de veteribus Comitibus *Habsburgicis* monumenta. Quod autem etiamsi ad seculum demum XIV. referendum sit, praecipuum eminet diploma, originem *foederis helvetici* accuratius eruens, heic gratum eruditis lectoribus donum offero:

Karolus dei gracia *Francie* et *Navarre rex*. Universis, praesentes litteras inspecturis salutem.

Noveritis, quod in tractu confoederationis noviter celebrate inter nos ex una parte ac magnificum et potentem virum *Lupoldum ducem Austriae* — Nos ad supplicationem ejusdem ducis *ultra principales conventiones* inter nos et ipsum habitas, eidem Concessimus — — — quod in casum illum, quo *annuente Domino duce in regem romanorum essemus assumpti, nos eundem ducem, prout nobis liceret, mittemus in possessionem duarum vallium, videlicet Swytz et Unterwalden et pertinentiarum suarum — quae quidem idem dux dicit ad se et fratres suos Duces Austriae jure hereditario pertinere* — — —

Item cum Comes *Eberhardus nefarie interfecerit fratrem suum comitem Hartmannum* — propter quod bona ipsius interfectoris sunt *secundam formam ipsius pacis ad imperium devoluta*. Nos — — dictum ducem infeudabimus de bonis. — —

Item cum *Comites Eberhardus de Wirtemberg*, Wilhelmus de *monte Forti*, Joannes de *Helfenstein*, Kraftonus de *Hohenloch*, Ulricus *Lantgravius Alsacie*, Johannes de *Rappolzstein in inferiori villa* juramentum fidelitatis praefato duci et ejus fratribus prestitum infregerint, eidem duci pro,

misimus — — quod eosdem Comites ad nostram graciam non recipiemus sine consensu ducis ejusdem.

Item [dicto duci omnia privilegia — a regibus et inperatoribus hucusque concessa, — in dictum casum promisimus confirmare.

Item cum per Conventiones alias inter nos et ipsum ducem habitas certe civitates et ville — — debeant remanere dicto duci obligate, quousque certa summa Marcharum sibi fuerit persoluta, promisimus — quod in casum predictum, si dicte civitates et ville super hoc se redderent rebelles easdem ad haec faciemus compelli — — Item — pro majori confirmacione pignorum dictorum — procurabimus sibi litteras Carissimorum *fratris nostri Regis Boemye* et *Avunculi nostri Archiepiscopi Treverensis* — — In cujus rei testim. presentibus litti. nostrum fecimus apponi sigillum. Datum apud *Barrum supra Albam* 27. die Julii. Anno Dom. 1324.

Per Dom. regem
in suo consilio ad
ref. dom. Andree. *G. Juliacj.*

Nro. CLXVIII.

Conradus rex, de bonis suis in Scharnitz, Hugonem de Montalban infeudat.

(Ex arch. aul. Vindobon.)

Augustae 24. Julii 1251.

Conradus dei gracia *romanorum in regem electus* semper *Augustus. Jerusalem* et *sicilie rex*, te-

tenore presentium notum facimus universis, quod nos Hugoni de *Montalban* fideli nostro, nec non filiis et filiabus ejus legitimis, bona nostra sita in *Scharnitz*, officio nostro in *Augusta* pertinentia — in rectum feodum duximus concedenda, que bona redimere tenetur, pro quadam pecunie quantit. et tenere de cetero ad usus suos. Ad cujus rei memoriam presentes litteras fieri fecimus sigillo nostro munitos.

Datum *apud Augustam*. 24. Julii IX. Indictione. (1251.)

Nro. CLXIX.

Henricus rex Comes Tyrolis statuit formulam convicendi viros et mulieres noxios.

(Ex archiv. Oenipont.)

25. April 1312.

Wir Hainrich von gots genaden chunich ze Pehaim vnd ze Polan, Hertzog in Cherunden vnd Graue ze Tyrol vnd ze Görtz vergehen vnd tun chvnt allen den die disen prief an sehent oder hörent, Daz wir mit vnserm weysen vnd getrewen rate, vnd mit vnsern dienstlaůten vebe- ral ze rate sein worden, daz wir in vnser herschaft vebe- al, sogetanene reht setzen vnd bestetigen wellen, Swa ain

schedleich man oder frawe begriffen werdent, ist er ain sogetan man, daz im ze gelauben ist, der in berehten wil, der sol dar gen, vnd sol im aine zwen vinger in den schopf legen, vnd der frawen in die scheidel, vnd sol ainen ayt sweren daz er daz wars wizze, daz er ain schedleich man sei, land vnd Laúten vnd den frawe ein schedleich frawe sei land vnd laúten, so sullent sechse dar gen, vnd sullent ire Hende legen auf des ersten arm, vnd die Sullent auch piderbe laút sein, vnd sullent sweren daz der ait raine sei vnd niht mains, da mit sol man einen schedleich man vnd ein schedleich frawen veber sagen, disev reht setzen wir vnd besteten si. Albrehten dem Vellenberger vnd arnolde seinem pruder, vensern Lantrihtern als wirs in andern vensern gerihten gesetzet haben, in oder swer an ir stat venser Richter ist, daz daz stete vnd vntzerbrochen beleibe darnmb geben wir disen prief versigelt mit vnserm Hangenden Insigel. Der prief ist geben nach christes gepvrt Tausent drev hondert iar in dem zwelften iar an sand Marcs tag.

Nro. CLXX.

Johannes rex Bohemiae, statibus Tyroleos solemniter promittit, fictitium esse, quod illi imputabant, propositum, Carinthiam et Tyrolim Ludovico Caesari cedendi et pro eisdem Marchionatum acquirendi Brandeburgicum

(Ex archiv. aul. Vindob.)

Pragae 13. Decembr. 1335.

Wir Johans von gots genaden, Chunig ze

Beheim und Graf ze Luzelburch, veriechen und tun chunt, allen den, di disen brief sehent und hörent lesen, daz unz ze wissen worden ist und von den Edlen Leuten von Cherndten und aus der Grafschaft von Tirol, ist mit red an uns chomen, daz wir, mit dem der sich Cheyser nennt, vor ettlichen jaren sollen geteidingt und angetragen haben, daz wir einen Wechsel mit dem Herczogthumb ze Cherndten und mit der Grafschaft ze Tyrol, wenne wir derselben laut gewaltig wurden, um die March Brandenburch tun wollten, dez Si betrübt, umg her darumb gewesen seit, Nu sprechen wir daz und bekhennen seyn, daz gott wol waiz, daz di selben red und teiding, in unser hereze noch muet nie kummen sint und daz wir auch die vorgenannten Herren und daz Lant gemain, von dem vorgenannten Tzweifel bringen, so gelobn wir in und mit sampt uns, unser eltister Sun Karel Markgraf ze Merhern, daz wir die vorgenannten Lant — — uns und unsern kindern behalden wellen und darnach chriegen, nu unt ze allen Zeiten, daz sy in unser und unser kinder lant, chomen gar und gentzlich, und von uns und auch in ewichlich besezzen und behalten wern, Und dez zu einer Urkund so geben wir disen Brif mit unserm Innsiegel versigelt, der geben ist ze Prag, da man zelt nach Cristus Geburdt dreyzehenhundert jar, darnach in dem fünf und dreyzzigsten Jar, An sant Luceyn Tag.

Nro. CLXXI.

Foedus mutuum inter status Tyrolenses, Nobiles, Cives et Oppidanos, nec non rusticos ad defendenda jura sua et privilegia contra quemcunque.

(Ex archivio provinciali.)

Mense Julio 1323.

Wir Herrn, Ritter, und Khnecht, Stett, Märckht, Gericht und Thäler der Graffschafft zu Tyrol, und der Landschaft an der Etsch, und in dem Innthal, vnd der dreyer Pistumb zu Trient, zu Chur vnnd Prixen, die den gegenwärtigen Brief mit Iren anhangenden Innsiglen versiglt haben, oder noch versiglen wellen, wurden, oder sich vnndter Annder Innsiglen von vleißiger Pettewügen verpunden haben in dem oder in Anndern briefen, die auf dem Brief lautend oder die Ihre Brief mit Irem aignen Anhanngenden Innsiglen nach den brief geben, oder darauf geben wurden, darbey zu bleiben, was der gegenwürtig Brief Innhalt, vnnd darynnen geschriben stet, die auch mit sambt vnnd dem Brief versiglt haben, der hernach geschriben Pündnus genüessen, vnnd darbey bleiben sollen, in Aller dermaß als es hernach geschriben stet, bekhennen wür vnnd Veryehen öffenntlich mit diesem Brief für vnnß, vnnd all vnnser Erben, daß wür hinfür Ewigelich vnnd Vol-

khomenlich, auch gemeglich vnnd für Vnnser Erben, zueinannder verpunden haben, auch globt vnnd Versprochen mit Vnnsern Ayde, den wür darumb Leiblich zueinannder geschworen haben, zue Gott vnnd den heilligen in dem gegenwürtigen brief zu beleiben vnnd zu bessern, vnnd nicht Verer dingen zu lassen, mit leib vnnd Guet — vnnd mit allem deme, daß wür khüneen oder Vermügen, gethreulich an alles geuerde Auffsaz, Zuezug, fürwort, vnndhinterlist wider Meniglichen Niemanndt darynn Angesehen noch hindangesezt, der darwider thäte, oder thuen wollte, als hernach geschriben stet, Nemblichen bey allen Freyhaiten, Gnaden, Rechten, vnnd Gewohnhaiten, so wür, vnnd Vnnsere Vorfordern haben, vnnd herbracht haben, Von Khaiser, Khinigen, vnnd Hürzogen, Margrafen der Graffschafft vnnd Herrschafft des loblichen hauß zu Tyrol, vnnd zu österreich a) in dem Lannd an der Etsch, in dem Ynnthal, vnnd den Eegenanndten dreyen Pistumb, Triendt, Chur vnnd Prixen Alwügen vnnd Alzeith nach Außweißung vnnserer Recht vnnd Briefe, des wür darumb von Inen haben, vnnd Alter Gewannhait, die wür Von In herbrachten, vnnd gehabt haben, Vnnd die sy vnnß mit waren Briefen bestät, vnnd haben Also die gegenwürtig verpündnus zuesamen gelobt, vnnd gemacht, Yez Vnnsern Ernewürden vnnd den obgeschriben aide mit solchen fürgedingten, vnnd bestimbten Worten Verpindung vnnd Ainigung, ob daß wär, daß Vnnß oder vnsere Erben Yemanndt in den

obgeschriben Freyhaiten, Gnaden, Rechten, vnnd Alten Gewannhaiten khainerlay Infall, hinternus, beschwernuß in das zu wissen brachten, vnnd angeruft haben, an der Eegenannten Vnnser genedigen Herrschafft der Graffschafft zu Tyrol, vnnd an der Etsch — vnnd sy vnnß daß mit wenden, oder wenden wellennt, damit wür bey den Vorgenanndten Rechten, Freyhaiten, gnaden vnnd alten Gewanhaiten bleiben, daß wür dann alle vorgeschribne, mit Leib vnnd guet gethreylich an alles verziechen vnnd fürwart, beyeinannder bleiben sollen, vnnd Vnnß selber Aneinannder das helffen wenden, Städten, vnnd Unterthannen, damit wür bleiben vnnd nit undterkhommen werden bey den vorgeschribenen Freyhaiten, Gnaden, Rechten, vnnd Alten Gewannhaiten, nach Außweißung Alzeit vnnser Brief vnnd Alten Gewannhaiten, Vnnd ob das wär, daß yemandt ainer, oder mer Vnndter vorgeschribner Pintung khainerlay Innfäll oder Irrung Als Vorgeschriben stet, Besonnderlichen thäte, oder Thuen wollte, daß wyr dann, als vorgeschriben stet, bey demselbigen, oder denselben mit leib vnnd guet beyständig vnnd helffen sollen, als ob es Vnnß alle gemeiniglich Antraff, damit Er, oder dieselbigen bey den Gnaden, Freyhaiten, Rechten vnnd alten Gewannhaiten bleiben, Als vorgeschriben stet rc. Aber mit sollichen sonderbahren Ausgedingten vnnd verpunden worden, ob vnter vnnß vorgeschriben Ainer oder mer für die vnd Er genanndt würdt, vnnd angeruefft, von vnns gar, oder von Ainem Thail zu helffen, vnnd zu weinden, Nur darwider thäte, als vorgeschriben stet,

oder an der gegenwürtigen verpündnus Prychig würdt, vnnd daß nicht vnuerzogennlichen Hülffen, Stätten; vnnd Schürmen mit Leib vnnd Guet in vorgeschribnermaß An alles geuerde, daß derselb oder dieselbigen Mainaidige verworffne, vnnd Znichtige Leuth seyn sollen, von geistlichen vnd weltlichen Rechten, vnnd an allen staten, wo der Brief fürkhambt, gezaigt, vndt gelesen würdt, vnnd sollen auch der obgenannten freyhaidt, Recht, Gnaden, vnnd gewannhaidten beraubt vnnd in Abgeschniten seyn, vnnd dero nit mer geniessen, weder sy noch Ire Erben, vnnd soll vnnd mag sy darynnen khainerlay fürwart, Aufsaz, Hinterlist, noch Ausserung behelffen, auch sollen wür darumb vor allen Gericht vnndt Richtern Geistlich vnnd weltlich Allbeyen gegen In, daß Also Erlanng vnnd Behalt haben, wie yezt vorgeschriben stet, vnnd in sollicher maß, daß wür dann vnnd vnnßere Erben, gegen Irem Leib vnd gueth vnnd Iren Erben Vnnsern schaden suechen sollen, vnndt müssen, nach Allen vnnssern Wolgefallen, vnnd Albey darumb vnnsern schlechten Ainfaitigen Worten darumben zu glauben, An Aydt, vnnd ander Beweißung mit sollichen ausgenamen, fürgesezten gedingen, daß wür alle obgeschriben mainen vnnd wüllen, gethreylich vnnd Undtertheniglich gehorsam zu sein, Vnnser Engenannten Herrschafft vnnd der Graffschafft zu Tyrol, vnnd an der Etsch, vnnd Alles das zu thuen, vnnd zue diennen, daß wür In alls vnnser Rechten, Freyhaiten, Herrschafft, Lanndtsfürsten schuldig sein, vnd verpunden, Alzeit nach vnnser obgenannten Freyhaiten, Rechten, gnaden, gewannhaiten vnnd Briefen, vnnd

der Leuth sag, vnnd alle die Zeit vnnd Weil, so Vnnß von derselbigen Eugenannten vnnser Herrschafften gnaden vnndt Lanndtsfürsten gehalten würdt, nach vnnser brief, Recht, gnaden, vnnd Freyhaiten, auch Gewannhaiten, Laut vnnd Saz.

Der brief ist geben, am Suntag nach Margretha Virginis. Anno Domini 1323.

a) Non defuere eruditi, qui cartam hanc ab Anno 1323 ad Annum 1423 rejicere voluere, quum in illa Principum *Austriacorum* mentio fiat, qui *Tyrolim* nostram 1363 demum, tradente *Margaretha Maultaschia* adepti sunt. Ast non de *Austriacis Tyroleos* principibus, sed de privilegiis sermo est, quae patriae fuere indulta a regibus, imperatoribus, ducibus, marchionibus, sub quorum regimine *Tyrolis* et *Austria* floruere. Albertus *Habsburgicus*, v. g. Ludovicus *Bavarus*, illorum pater et avus Rudolfus I. *Habsburgicus* — plures *Boiorum* duces etc. Principibus nostris, nobilibus et terrae genitrici immunitates et libertates diversi generis impertiti sunt. Foedus hoc libello, uti vocant Anni 1511 aboletum.

Staats-
Bibliothek
Bamberg

SBB013401766953

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Hormayr, Joseph <<von>>,

Kritisch-diplomatische Beyträge zur Geschichte Tirols im Mittelalter mit mehreren hundert ungedruckten Urkunden

Bd.: 1,2

Wien 1803

Bamberg, Staatsbibliothek -- JH.H.austr.o.3(2

urn:nbn:de:bvb:12-bsb11709662-4